c Conſtitutioᶜ qđ ꝓhibens omne ꝓhibet ꝙ ꝓuenit ex illo hoc dicat.Primo poniſ dictuȝ.Scđo declaratio ibi hoc.n.Adde ꝙ Bar.in tractatu de 1 regimine ciuitatis ad ſi.†dicit ꝙ ſupbia eſt radix omniũ maloꝝ.⁊ nihil allegat ſȝ exponit auctoritatẽ deuterono.xvij.c.ego in tractatu de ꝑſtan.impe.⁊ regum in ſcđa parte de regibus tenui cõtrariũ.vide que dixi ad plenum in illo tractatu vocato Joã.romeã.Antiqui ponũt caſuȝ ſuo modo ſm do.Anto.ipſe vero dicit ſe ponere caſum adaptando queſitum potius ad intentionem condentis hoc ſus q̃ȝ ad intentionem beati Pauli.caſum ſic ponit quidam queſiuit a papa beatiſſime pater nos hic tractamus de legibus vellem ſcire effectũ legis quo ad animã an cõtraueniens legi eoipſo qđ cõtrauenit peccet papa reſpondet certe ſic ſi lex loquiſ ꝓhibitiue ⁊ negatiue omne qđ ꝓhibet peccatuȝ eſt ⁊ ẽt omne qđ ex illo ſequiſ.⁊ ꝙ hoc ſit verum apparet ex dicto apoſtoli ad romanos.vij.vbi dicit ꝙ nõ cognouit peccatũ ↄcupiſcentie niſi per legem q2 eo qđ cognouit legem ꝓhibentẽ ↄcupiſcentiaȝ cognouit ↄcupiſcentiam fore peccatũ qđ declarãs ibi Augu.dicit ꝙ apoſtolus ⁊ lex locuta eſt plus de cõcupiſcentia q̃ȝ de alijs peccatis q2 oĩa peccata habẽt depẽdentiã a cõcupiſcentia.⁊ ex hoc ſequiſ vna virtus legis q2 ꝓhibendo cõ 2 cupiſcẽtiã †cũ omnia peccata a ↄcupiſcentia originẽ trahant omnia mala ꝓhibuit.h.d.ſm do.Anto.⁊ cũ eo trãſit hic Jo.de imo.ſed.d.Petrus de ancha.ſumat ſic poſt Jo.an.Cum certũ qđ ꝓhibetur ꝓhibẽtur omnia que ex illo ſequẽtur vel aliter ſm eum cõſtitutio generalis complectitur oẽs ſpẽs q̃ aptitudine lȝ nõ actu ſub eodem genere includũtur.ſed iſtud ſũmariuȝ dñi Petri violat iſtũ tex.q dicit oriunſ ⁊ nõ dicit oriri poſſunt cõcordat tñ cũ glo.ſed improprie loquiſ vel ſic ſm do.Abb.omne ꝓhibitum a lege peccatum eſt.⁊ omne illud ꝙ ſequiſ ab eo.Bal.vero hic dicit ꝑmitte ad euidentiã ꝙ interdũ lex noua nouũ inducit delictũ.interdũ nõ inducit nouũ delictũ nec tetigit ſed addit penã.Primo caſu nõ ligat ea que ꝑterita ſunt.q2 licitũ habuerũt principiũ.argu.l.qđ ergo in prin.ff.que in frau.credi.Scđo caſu idẽ.c.ſi.J.eo.q2 obſcurum pro nullo eſt.l.titie textores de leg.i.q2 id qđ eſt ocultũ canon nõ ligat tñ q peccauit errãter prudẽter emẽdet ſtatim cũ incipit ſcire.l.cũ ancillis.C.de inceſt.nup.l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.idẽ pollioni.ff.de adul.c.ſi.de ꝑſcrip.c.cũ ceſſante de appel.l.ſed ſi reſtituaſ.§.ſi.ff.de iudicijs.Itẽ qđ nõ videſ nõ ſentiſ nec cogitatur.l.in lege.ff.de ↄhen.emp.ar.c.q2 ꝓpter de elec.l.ſi ignorãs.ff.loca.dicit 3 etiã ꝙ aut ẽ pena nãlis.i.ꝙ actus nõ valeat ⁊ ligat.†nã omne qđ eſt ꝓhibitũ nãliter ẽ inualidũ.ſecꝰ ſi de iure poſitiuo aliqua noua pena iponaſ.c.ſi.J.eo.miruȝ eſt tñ ſm eũ ꝙ interdũ pena imponiſ ⁊ actus nõ ꝓhibeſ.l.qđ ait lex.ff.de diuor.interdũ dicit eſſe ↄnexa ꝓhibitionẽ ⁊ penã ⁊ tũc qđ de vno dſ de alio intelligiſ.ſ.c.pxi.interdũ ſunt diſcrepãtia.⁊ tũc ſecꝰ.nã in.d.l.qđ ait.ſi nõ teneret diuortiũ alia rõ ipediret mrimoniũ.ſ.duplicitas mrimonioꝝ.vñ in illa lege de eſſentia pene ẽ ſubſtãtiã diuortij.⁊ iõ ad ipoſitionẽ pene nõ ſequiſ deſtructio actus q2 de eſſe ꝓcedit ibi ad penã regulariter aut pena non deſcendit ab eſſentia actus ſed a ꝓhibitione.l.non dubiũ.C.de legi.⁊

c ¶ Conſtitutio.Aduertendũ ꝙ Fely.ponit ſuper iſto.c.ſũmariũ.o.abb.⁊ illum ſequiſ d.And.vo ipſuȝ aliquo mõ oppugnat.tu vide.Nã vter ꝙ caſus ſuſtẽtabilis eſt.

bis ꝑmiſſis que in veritate ad.c.⁊ materiã eius ſunt lõge
alienã receſſui tñ vt Bal.in hoc celebretur memoria ſub-
dit ſe venire ad caſum cõcupiſcentia ꝓhibeƚ qꝛ ex ea oĩa
mala ſeqnũtur.vñ dicit apoſtolꝰ ꝙ ipſe naturalr̃ h̃ igno
rabat.ſed poſtq̃ ſupuenit lex ꝓhibens didicit ꝯcupiſcen
tiã fore peccatum qꝛ ordinatur ad illud.⁊ ita reſidet. Et
per iſta relati ſunt omnes patres noſtri ponentes caſum
in hoc.c.veſtro.Ego vero neſcio videre quã dubitationẽ
hẽat iſtius caſus poſitio expꝛſſa hic ꝑ do.Ant.⁊ ſequaces
nã qs dubitabat ꝙ veniẽs cõtra legẽ ꝓhibitiuã peccaret
c.oĩs lex.iij.diſtin.c.ij.de maio.⁊ obe.⁊ ideo dixit Bar.
in.l.ſi qs pro eo.ff.de fideiuſ.⁊ in auc.ſacramẽta puberũ.
C.ſi aduer.ven.ꝙ veniẽs cõtra ſtatutũ ſuperioris peccat
4 mortaliter.⁊ glo.ſolẽ.in.c.ij.de cõſti.lib.vj.†dixit ꝙ veni
ens contra legẽ ſupioris vel ſtatutũ ſupioris peccat ⁊ vl
tra hoc punietur pena temporali inflicta in illa.l.ſeu ſta-
tuto.⁊ ꝓbatur in tex.formali.c.ꝑpetue de elec.lib.vj.vbi
veniens contra legem ſupioris puniƚ quo ad deũ.⁊ etiã
punitur a ſede apoſtolica.⁊ hoc tenet ibi Domi.⁊ etiaꝫ
de hoc allego tex.in indiuiduo in.c.cõmiſſa ad fi.de elec.
eo.lib.vbi eodẽ modo punitur quo ad deũ.⁊ etiaꝫ puniƚ
pena temporali ⁊ hoc colligit ibi etiam domi.Domi.⁊
plus dixit glo.elegans in.l.iij.C.de ſacroſan.eccle.ꝙ etiã
puniƚ arbitrio iudicis ꝙ ꝓcedit quãdo actus ſonat in de
lictũ qꝛ ſi lex ꝓhibet nõ punit tamẽ punietur arbitrio iu-
dicis.ſecus ſi nõ ſapit delictũ vt ibi. vnde nemo digne du
bitare poterat ꝙ veniens cõtra legem ꝓhibitiuã pecca-
ret.⁊ ꝑ ꝯñs iſta decretalis ſeruiret vobis de indubitabili
ꝙ eſſe non debet.c.cuꝫ in iurepitus de elec.l.qd labeo.ff.
ad carbo.c.cum in iure.de officio delega.⁊ iõ videreƚ di-
cendum ꝙ iſta decretalis decidat caſum magis dubita-
bilem quo caſu poneƚ in terminis h̃ caſus hoc modo.pa-
ter ſancte ſumus in ti.de cõſti.ego dubito an veniens cõ-
tra illud ꝙ lex mediate ꝓhibet peccet quaſi vellit certuꝫ
habeo qd veniẽs ꝯtra id qd lex imediate diſponit peccat
⁊ facit.c.i.ſ̃.eo.in verbo cuſtodianƚ.ſed ſi venit contra il
lud qd lex vetat mediate an peccabit videbaƚ dicendũ ꝙ
non ex eo qꝛ attendi debet illud ꝙ imediate ꝓhibeƚ ⁊ nõ
illud mediate.arg.eius ꝙ no.in.l.ſanci.C.de ſacroſan.ec
5 cle.eo † qꝫ magis cũ ſcimus in materia penali.⁊ pene ſũt
reſtringende nec debent caſum ꝓpꝛium excedere.§.pene
de peni.diſt.i.l.ſi preſes.ff.de penis cũ ſi.papa hic reſpon-
det ꝙ imo peccat non ſolum ſi veniat cõtra id qd lex me-
diate ꝓhibet ſed etiam ſi veniat contra id qd lex ꝓhibet
imediate.⁊ ad hoc allegat auctoritatẽ apoſtoli glorioſi
ꝯiuncta declaratione Augu.dixit enim apoſtolus ꝙ ꝑ le
gem ꝓhibentem cõcupiſcentiã cognouit ꝯcupiſcẽtiam eẽ
peccatum quaſi voluit venire cõtra legem ꝓhibentẽ eſſe
peccatum.⁊ Augu.declarans hoc dicit ꝙ apoſtolus ele
git ꝯcupiſcẽtiam vt nomẽ generale ex quo oĩa mala oriũ
tur.ideo bona eſt lex q̃ dũ ꝯcupiſcẽtiam ꝓhibuit oĩa ma-
la ꝓhibuit.⁊ ſic veniẽs cõtra ꝓhibitũ a lege ſiue ꝓhibea
tur imediate ſiue mediate peccat.⁊ ideo verbum cõcupi-
ſcẽtia hic poſitum ſumiƚ generalr̃ ex mente apoſtoli ex ſi-
6 gnificato vocabuli ex auctoritate Aug.⁊ pape hic.†⁊ d̃
a natura [a]generis ẽ ꝙ i qualibet ſui ſpecie repreſentetur.iõ
ad ꝓbationẽ generis vr̃ ꝓhibita quelibet eius ſpecies.⁊
ideo pena peccati inflicta venienti contra genus ꝓhibitũ
a lege videƚ inflicta venienti cõtra ſpẽm illius generis ꝓ
hibiti.⁊ ſic ſicut lex illaqueat veniẽtem contra genus ꝓ-
hibitum a ſe.ita illaqueat veniẽtem cõtra ſpẽm contẽtaꝫ
in illo genere ꝓhibito qꝛ ſi ꝓhibetur genus.ergo ⁊ queli
7 bet eius ſpẽs.†Et ex iſtis ſequitur ꝙ conditor legis debꝫ
eligere vocabula ex quibꝰ ſequatur deciſio multoꝝ ⁊ eo
dem modo doctor legẽs dꝫ tradere theoricã generalẽ ex
qua ſequaƚ deciſio multarũ q̃onum ſm do.Anto.hic fa-
8 cit quod no.glo.in.c.cũ ſit ars de etate ⁊ quali.¶ †No.
qualis debeat eſſe lex qꝛ debet eẽ bona do.Anto.allegat
de hoc tex.iiij.diſt.§.erit aũt lex.Tu vero aliter cõſidera
qꝛ aut nos loqmur quo ad legẽ ciuilẽ.⁊ tũc dꝫ eſſe bona

a ¶ De natu-
ra.Qñ aũt ge
nus contineat
oẽs ſpẽs ⁊ ſb̃
eo repñtẽtur ⁊
cuius qualita
tis ſint vel an
ꝯtinent indiui
dua.vide not.
do.Abb.in.c.
ſedeſ de reſcri.
⁊ an ad poſit.
generũ ſequaƚ
poſitio ſpecie-
rũ.qd ẽ cogni-
tu digniſſimũ.
vel ecõtra vid
Bart.in.l.ij.§.
doli mali.ff.vi
bo.rap.⁊ facit
qd elegãter di
ciƚ in.l.qd ner
ua.ff.depoſi.⁊
vide tex.ſing.
in.l.ſiqd earũ.
ff.de leg.iij.

b ¶ Conſtitu
tio.Pro enu-
cleatõe huius
dicti.vide Bar
to.ſing.loquẽ-
tẽ in rep.l.oẽs
populi.ff.de iu
ſti.⁊ iuř.⁊ do.
Ant.de but.in
.c.fi.extra de ꝑ
ſcrip.⁊ Jo.an.
in nouel.in.c.
ij.de excep.li.
vi.lꝫ ꝯtrium ꝯ
morẽ ſuũ tene
at ipẽmet bar.
in.l.ſeqƚ.§.ſi
viã.ff.de vſur.
⁊ ſentit idem
Bart.in.l.cum
acutiſſimi i ꝑn
ci.C.de ꝑſcrip.
xxx.anno.⁊ in
multis aliꝭ lo
cis notabilibꝰ

ab effectu qꝛ debet edi ꝓpter publicum bonum.⁊ ideo de
eſſe legis eſt ꝙ ſit bona aut loqmur quo ad legem cano-
nicã.⁊ tunc dꝫ eſſe bona ab effectu qꝛ dꝫ cõcernere bonuꝫ
anime ⁊ dirigere animã ad ipſum deum.⁊ ideo dixit gl.
9 ſingu.in.c.cũ ꝯtingat de iureiur.†ꝙ finis iuris ciuilis eſt
bonũ publicũ.finis vero iuris canonici eſt bonũ anime di
rigit enim animã ad ipm deũ pro quo facit.c.vt animaꝝ
pericul.de conſti.lib.vj.facit.i.diſtin.c.ꝯſuetudo in verſi.
ꝙ religioni cõueniat ꝙ diſcipline cõgruat ꝙ ſaluti ꝓfici
at ⁊ faciat illud ꝓpheticũ bonitatẽ diſciplinam ⁊ ſciam
doce me dñe.Itẽ diciƚ bona qꝛ facit hoĩes bonos aut in-
uitãdo ad premia.aut inferendo penã ꝯtrauenictibus.vt
l.i.in prin.ff.de iuſti.⁊ iure.iuxta illud.Oderunt peccare
boni virtutis amore.Oderũt peccare mali formidine pe
ne.Et pondera qꝛ tex.d.§.erit aũt lex.non dicit ꝙ lex dꝫ
eſſe bona.ſed dicit ꝙ lex debet eſſe iuſta.⁊ ſic nõ ꝓbat di-
ctũ do.Anto.⁊ iſta ſtant ſimul ꝙ ꝯſtitutio ſit bona ꝓpter
effectũ ad quẽ dirigiƚ qꝛ ad bonum publicuꝫ.⁊ tamẽ nõ
10 b ſit iuſta †vt eſt cõſtitutio [b]municipij qua cauetur ꝙ credi-
tor poſt decẽnium nõ audiaƚ ⁊ ẽ bona ꝯſtitutio qꝛ tendit
ad bonũ publicũ ſed nõ iuſta.vt dixit Bal.ſ̃.eo.in rub.⁊
ꝙ lex debeat eſſe bona poteſt ſic demonſtrari ad ocu-
lũ homo debet eſſe bonꝰ ẽ eniꝫ naturalr̃ animal ciuile ſed
lex debet eẽ ſimilis homini bene compoſito ⁊ ciuili.vt eſt
tex.in.l.ij.ff.de legi.⁊ hoc colligit ibi Bal.ergo ſequitur
ꝙ lex dꝫ eſſe bona.Et ſubdit do.Anto.Bar.dixiſſe in.l.
fi.C.ſi cõtra ius vel vtili.ꝙ ſi imperator faceret legẽ iniu-
ſtam illa nõ valeret qꝛ lex debet eſſe ſancta.l.ij.ff.de legi.
dicit tamẽ ꝙ Cynus in.l.reſcripta.C.de diuerſis reſcrip.
dixit ꝙ in dubio ſi põt aliqua iuſta cauſa iuſtificari lex ꝓ
ſumiƚ eſſe iuſta ſed ceſſante omni cauſa ſeruanda non eſt
l.fi.C.ſi contra ius.c.fi.ĩ.de preſcrip.ſi tamen aliqua iuſta
cauſa poſſet iuſtificari eſſet ſeruanda.lꝫ ſit rigoroſa.l.ꝓ-
11 ſpexit.ff.q ⁊ a quibus.Vos addite Bal.in.d.l.fi.†vbi di
xit ꝙ ſi eſt ius diuinũ ꝓhibitoriũ ⁊ punitoriũ.⁊ illud qd
prohibet nullo caſu reperitur ꝑmiſſum puta nõ mecabe-
12 ris.tunc lex humana cõtrarium diſponẽs nõ tenet.†ideo
ſi ſtatuto caueaƚ ꝙ bãnitus poſſit impune offendi ⁊ aliq̃
mulier eſt bãnita ꝙ non poterit adulterari etiam ſi mari
tus eius ſit bãnitus qꝛ adulterium eſt a deo per ſe maluꝫ
ꝙ ex nulla cauſa poteſt iuſtificari.⁊ idem Bal.in.l.i.ff.d̃
13 conſti.princ.dixit†ꝙ ſi principi placet illud quod deo nõ
placet non habet legis vigorem ideo ſi principi placet ꝙ
vnuſquiſqꝫ poſſit adulterari in rebelles non habet legis
vigorem.qꝛ ſcriptum eſt non mecaberis ⁊ adulteriũ ſem
per eſt prohibitum.Item ſi principi placet ꝙ nullus pa-
ter debeat alimentare filium non valet talis lex.Itẽ ſi ꝑn
cipi placet ꝙ lex nature nõ habeat locum in ſuis actibus
tale beneplacitũ non eſt lex niſi in rebus hoſtiũ.l.ij.C.de
cõmertijs ⁊ mercatoribus.l.i.§.ꝙ aũt.ff.de aleatoribus.
Item ſi principi placet hereſis vel vſura certe non habet
legis vigoreꝫ.auc.ad hec.C.de vſur.Faciat cle.i.de vſur.
⁊ quod voluit Bal.in.d.auc.ad hec.⁊ in.l.cũctos popu
los.C.de ſũma tri.⁊ in.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.
14 quod eſt bene not.†propter ſtatuta multa italie permittẽ
tia iudeis fenerari.qꝛ non ſunt lex nec legis habent vigo
rem.⁊ ita ꝯſuluit Pe.de aneh.⁊ Ange.⁊ Pa.de ca.in
eoꝝ ꝯſilijs.⁊ h̃ ãno ita ꝯſului Mãtue.de quo plene ꝑ Jo
an.añdre.in mercurialibus in regula peccati libro ſexto.
⁊ faciat ſingulare dictum Innocen.in.c.que in eccleſia-
rum.ĩ.eodem.vbi dixit ꝙ conſtitutio denegans iuſtitiam
non tenet.⁊ idem voluit Angelus in.l.ſi non ſpeciali.C.
de teſtamen.⁊ diceƚ in.c.q̃ in eccleſiaƚ.Et ſubdit hic do-
15 minus Antonius †non valere conſtitutionem tendens in
priuilegium alicuius priuati.de quo per domi.Abba.in
rubrica.ſ̃.eodem.vbi dixit ſe allegare pro hoc caſuꝫ in.c.
cum omnes.ĩ.eo.quem tex.allegat ad hoc domi.Ant.hic
faciat lex ſi priuato.ff.qui ⁊ a quibus lex ſi totiens.ff.de
pollicitationibus.l.antiocenſium.ff.de priuileg.credito.
l.i.ff.de doli exceptio.quinimo belliſſime dixit Bar.in.l.

omnes

omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.ꝙ ſi talis conſtitutio cõci
piat per verba generalia ẽt non tꝫ ſi doceri põt ꝙ in ꝑiu
dicium alicuius priuati emanauit.⁊ facit qđ voluit ideꝫ
Bar.in prima conſti.ffoꝝ.⁊ faciat tex.iiij.diſt.§.erit autẽ
lex.in ver.nullo priuato cõmodo.de quo dicã ad ſaturita
tẽ in.d.c.cũ oẽs.vbi erit locus accõmodatus. de hoc dixi
16 c .ſ.e.in rubri.❡†No.ꝙ oẽ qđ lex prohibet eſt peccatuꝫ
⁊ ꝙ ex ea ſequit̃ ex quo habes vnũ effectũ legis ꝙ quili
bet agẽs ꝯ̃ legẽ ꝓhibitiue loquẽtem illaqueat̃ a peccato.
⁊ hoc cognito ꝙ lex ẽ hoc negẽs cognoſcit̃ eſſe obnoxiꝰ
17 legi.⁊ ẽ i peccato.Tu põdera ꝙ ex hↄ infert̃ de iure cano
nico ꝙ nũꝙ̃ poterit iduci ꝯſuetudo ꝯ̃ ius canonicũ ex eo
qꝛ veniens ꝯ̃ legem canonicam peccat mortaliter ſed in
ducens cõſuetudinẽ contra ius canonicum peccat morta
liter.ergo nõ valet ꝯſuetudo qꝛ eſt irrationabilis ex quo
inducit hoiem ad mortem eternam.c.cũ in eccleſia de ſy
mo.niſi reſpõdeat ꝙ tacitus ꝯſenſus pape excuſat ex quo
diſpoſuit ꝙ conſuetudo legitime preſcripta tollat ius ca
nonicũ.vide no.in.§.leges.iiij.diſti.⁊ in.c.cum.p.de fide
inſtru.tu ẽt pondera tex.in.c.omnis lex.ij.diſtin.qui fuit
extractus de ſpiritu legis ciuilis.l.legis virtus.ff.de legi
18 bus.vbi dr̃ ois lex aut ꝑmiat aut vetat aut punit qui tex.
aperto ore videt̃ ꝓbare ꝙ lex vetans nõ punit. ergo ſeq
tur ꝙ veniens ꝯ̃ legem ꝓhibitiuam non incidit in pecca
tũ mortale.⁊ per cõſequens nõ puniet̃ pena eterna.⁊ iõ
ſufficit ꝙ actus ſit nullus. arg.l.nõ dubiũ.C.de legi. nec
dꝫ quis duplici pena cõteri.c.at ſi clerici.de iudi.⁊ ſic ille
tex.deſtruit oẽm doctrinã doctorũ hic.⁊ iõ videt̃ mihi di
cendũ ꝙ dꝫ attendi qualis ſit tranſgreſſio legis ꝓhibitiue
qꝛ ſi eſt talis ꝙ mereatur mortẽ eternam.⁊ per ꝯñs illaq
at ad peccatum mortale.⁊ ita intelligat̃ iſte tex.⁊ ad hoc
pondero ſingularem ⁊ ſtupendã glo.iiij.q.i.in ſumma q
vult ꝙ illa auctoritas qui non obediuerit principi morte
moriatur.vt in.c.ij.de maio.⁊ obe.intelligit̃ qñ ꝓceptum
eſt tale ꝙ eius trãſgreſſio mereat̃ mortẽ.⁊ ita temperetur
iſte tex.ſicut enim ꝑ tranſgreſſionẽ legis ciuilis quis non
incurrit mortem corporalem indiſtincte qꝛ non quilibet
veniens contra legem ciuilem dꝫ mori.ita nec quilibet ve
niens contra legem canonicam dꝫ mortem eternam pati
nam quodlibet peccatũ mortaleẽ eterna morte dignum.
xxv.diſt.§.alias ea demũ.⁊ iſtud ẽ mirabile ad intellectũ
iſtius tex.tñ contrarium dicit glo.in.c.generali.de elec.li
bro.vi.que dicit ꝙ etiam deponitur.⁊ vide Bald.in.l.le
gis virtus.vbi pulchre loquitur de eo qui non parit pre
cepto legis an puniatur pena mortis an pena arbitraria
vide ibi qꝛ pulchre loqtur.Et poſt omnes ſcribentes hic
cum aliquibus per me additis circa hunc paſſum an ve
niens contra legeꝫ peccet mortaliter.†Conclude ſic. aut
19 conſtat ꝙ lex eſt precepti.aut conſtat ꝙ eſt conſilij.aut eſt
dubium an lex ſit conſultoria an preceptiua. primo caſu
qñ ꝯſtat ꝙ eſt preceptiua. tunc obligat contrauenienteꝫ
ad peccatũ mortale.⁊ ita intelligatur qđ hr̃ in.c.ij.de ma
io.⁊ obe.ꝙ non obediens principi morte moriat̃ qꝛ intel
ligitur ꝙ peccat mortaliter ⁊ peccatum mortale inducit
mortem eternam.⁊ ita ſentit glo.ibi.⁊ ita allegauit illuꝫ
tex.Bar.in.d.l.ſiquis pro eo.⁊ in.d.auc.ſacramẽta pube
rum.qđ intellige ſm temperationẽ quam nunc tradidi ꝑ
glo.iiij.q.i.in ſumma.tñ Bar.nõ recte loquit̃ dicendo ꝙ
ex trãſgreſſione ſtatuti laycorum quis peccat mortaliter
qꝛ lꝫ hoc habeat locum in legibus imperialibus. vt ẽ gl.
in.c.quis aũt.x.diſtin.nõ tñ videt̃ habere locũ in ſtatuto
inferioris per id quod in ſimili no.Bar.in.l.ſi diuina do
mus.C.de exactori.tribu.lib.x.⁊ ꝑ id qđ voluit Bal.i.l.
placet.C.de ſacroſan.eccle.⁊ faciat qđ habet̃ in.c.ꝙ pre
cipitur.xiiij.q.i.⁊ ꝓcedit hec doctrina ꝑ quecũqꝫ verba lo
quatur conſtitutio ex quo conſtat de mente eius ꝙ eſt ꝓ
ceptiua.quo caſu ꝯtrauenies incurrit peccatũ ẽt ſi loqua
tur per verbum rogo vel per verbũ moneo.qꝛ exponitur
.i.ꝓcipio.vt colligit̃ ex notatis per gl.⁊ tex.in.c.rogo.xi.
q.iij.coniuncto eo quod dixit Arch.in.c.reuertimini.xvi.

q.i.⁊ facit glo.ſingu.in.l.i.C.ſi rectorꝰ ꝓuincie que voluit
20 †ꝙ blanditie potentum ſunt preceptum ⁊ ducunt iuſtum
metum.facit.c.cum inter.R.ſeniorem de elec.vbi preces
inſtantiſſime principis inducunt preceptũ.⁊ faciat illud
tritũ antiquitate prouerbium eſt rogare ducum ſpẽs vio
lenta iubendi.⁊ qđ voluit Bal.in.l.ſi mãdato.C.qđ cum
eo.⁊ glo.in.l.i.§.i.ff.ꝙ iuſſu.⁊ qđ ſcribitur in illo terren
tiano te rogo.⁊ equũ eſt te oro.⁊ faciat qđ pulchre dixit
Bal.in.l.i.C.de ſer.fugi.vbi recẽſuit caſſatã fuiſſe quãdã
inquiſitionẽ i qua dicebat̃ ꝙ ſeruus mãdauerat dño mã
21 d leficiũ cõmittendũ.❡†Scđo caſuꝰ qñ lex eſt conſilij con
clude ꝙ ꝑ quecũqꝫ verba loquat̃ eſt conſilij ⁊ ſi apponat̃
verbum ꝓcipimus exponemus.i.monemus vel ꝯſulimus
ideo tunc non illaqueat ad mortale.ita colligit̃ ex tex. ⁊
glo.in.c.dilectiſſimis in ver.ꝓcipimus.xij.q.i.c.non ſolũ.
xxviij.q.i.⁊ hoc caſu v̓ba imꝑatiui modi nõ iportabũt ꝓ
ceptum.ſed conſilium.faciat cle.exiui.§. item preterea de
ver.ſig.fateor tñ ꝙ ſi ex cõtemptu aliquis veniret contra
legem cõſilij peccaret mortaliter.vt eſt glo.ſolẽ.c.qs aũt.
22 x.di.de quo vide qđ dixi in.c.i.ſ.e.in gl.ij.†Si vero ẽ du
biũ an lex ſit ꝓcepti an ꝯſilij. ⁊ tunc ſi proferatur per ver
ba ꝓceptiua.puta ꝓcipimus iubemus mãdamus. ⁊ ſimi
lia.tunc lex erit precepti. verba enim ſunt ſigna earũ que
ſunt in anima paſſionũ note.vt dixit Ariſto.primo perier
me.l.labeo.§.idẽ tubero.cũ ſi.ff.de ſuppelle.lega.⁊ adde
elegantẽ glo.in.l.ſepe audiui ceſarẽ.ff.de officio preſidis.
23 que dicit†ꝙ ſi ꝯſtitutio loqtur per verbũ põt iportat libe
rã ꝑtãtẽ.ſi loqtur per verbũ debes importat neceſſitateꝫ.
ſi vero loqtur ꝑ verbũ mãdo tunc iportat neceſſitatẽ. ſed
nõ preciſã qꝛ poterit fieri ꝑ aliũ. Si v̓o loqtur per verbũ
precipio importat neceſſitatẽ in tantũ ꝙ nõ poterit actus
exerceri per alium quam glo.reputauit ſingularem. Jo.
de imo.in cle.ſepe de ver.ſig.⁊ de illa glo.fecit feſtũ Bal.
in.d.l.legis virtus.⁊ ibi dixit gl.quõ adaptatur lex cõſi
lij ad illã legẽ rñdet ꝙ adaptat̃ ꝑmiſſiue.qꝛ q ꝯſuluit nõ
mandat.l.ob hec verba.ff.de his qui no.infa. ⁊ ibi Bal.
24 †querit an cõſiliũ legis ſit obligatoriũ.Bal.rñdet ꝙ nõ.
ſed non eſt fruſtra qꝛ ſepe erat deuians a cõſilio legis.ſe
cus ſi eſſent appoſita verba monitoria vel cõſultoria. qꝛ
tunc cenſet̃ eſſe lex conſilij.per id qđ hr̃ in.d.c.qđ precipi
tur.idem dicit do.Anto.ſi apponant̃ verba cõmunia.pu
ta verbũ ſtatuimus verbũ volumus ⁊ ſimilia.qꝛ tunc cen
ſetur eſſe lex cõſilij.⁊ ſic per verbũ ſtatuimus†⁊ ꝑ verbuꝫ
25 volumus inducit̃ legis ꝓmulgatio.vide tex.⁊ gl.in.c.ſta
tuimus de elec.in.vi.glo.in.c.vt litigantes de offi.ordi.li.
vi.in cle.ſi.de reſcrip.De verbo aũt volumus ꝙ inducat̃
legis ꝓmulgatio.alleg.glo.ſing.in cle.i.de rex ꝑmu.tu
allega gl.in cle.i.de offi.vicarij.⁊ in cle.i.de cenſibus.⁊ in
c.ſi.de ver.ſigni.li.vi.⁊ in cle.ij.de elec. ⁊ hoc dictũ iꝓo
bat Jo.de imo.hic ꝙ immo iſta verba importãt prece
ptum.allegat no.per Archi.in.§.⁊ ſi legibus.iiij.diſt. qꝛ
ex quo proferuntur a ſuperiore important legis diſpoſi
tionem.qꝛ quod principi placuit legis hꝫ vigorem. Tu
põdera qꝛ ⁊ ſi ꝓferantur a legiſlatore.non tñ ſequitur ne
ceſſario.ergo ſunt verba preceptiua.Tene contra. d.An
to.ex regula data per Laurentium que eſt ꝙ nunꝙ̃ intel
ligitur lex eſſe conſilij niſi exprimatur.alleg.l.ob hec ver
ba.ff.de his qui nota.infa.⁊ faciat qđ voluit Bal.in.l.le
gis virtus.ff.de legibus.vbi alleg.d.l.ob hec verba. ⁊ il
lã doctrinam Lauren.rettulit Archy.iiij.diſt.§. ⁊ ſi legi
e 26 bus.†Quid de verbisᶜ imperatiuis an importẽt legeꝫ ꝓ
cepti an conſilij cõclude ſi extat cõſuetudo que intpretata
eſt per verba imperatiui modi important preceptũ.⁊ tũc
ſerua conſuetudinem.c.cũ dilect.de conſuetudine.l. mini
me.ff.de legibus.aut ꝯſuetudo non eſt interpretata.⁊ tũc
ſi eſt materia ponderoſa ⁊ grauis ⁊ veriſimiliter ponde
rata a diſponente ligat ad peccatum. vt probatur in cle.
exiui.§.item ꝓpterea de ver.ſigni.idem qñ rõ ſubiecte ma
terie hoc ſuaderet.idem ſi ratione adiuncti. vt probatur
in.d.clemẽ.exiui.§.item preterea.alias ſecus. exemplum

c ❡ Oẽ quod. Adde Bar. in .l.ſiqs pro eo i v.mẽbro.ff.de fideiuſ.⁊ dñm Card.in cle.ij. in vi. col.de vi ta ⁊ ho.cle.⁊ i cle.dudũ. §.ſi. de ſepul.⁊ Fe ly.hic.in.i.col. ſtatim poſt ſũ mariũ.v̓.vtruꝫ veniens more ſuo aggregãtẽ totã mãꝫ ⁊ oia afferentẽ q̃ vi de ꝑ te. qꝛ facı lia.

d ❡ Secũdo caſu. Addõ tex. ĩ.q.vij.c.queſi ſtat.⁊.c.ij.l.ſi. de ma. ⁊ obe. ⁊.d.Abb. ſin. loquentẽ in.c. ois de pe.⁊ re miſ. ⁊ vide Fe ly.in.c.i.ij.fal. ſ.eo.vbi ponit multas limita tiões q̃ vide ꝑ te. ⁊ remiſſiue dictũ Fely. hic in.ij.col. ver.ↄ intellige.

e ❡ De v̓bis. Adde Fely. ↄ in.iij.col. circa mediũ verſ.de aliquibus vbi aggregat totã mãm ⁊ fere ꝑ vnã col. loqui tur de verbis imperatiuis ⁊ oibus legẽ im portãtibus ad decõ om̃ ita the ologica q̃ for taſſe accepit a d.And. hic tu vide ⁊ de ver bo oportet de quo paulo in fra nũe. xxvij. ⁊ meminit dictꝰ do. And. vide d.Bar.ſoci. ex preſſe tenẽtem ꝙ neceſſitateꝫ iportet in.l.qđ te ſicer.pe.nu. v.car.x.

pone vt in euangelio ſi qs percuſſerit te in vna maxilla p̄
be ſibi aliá.ná illud verbũ prebe nó iportat p̄ceptũ ſed có
ſiliũ.xxiij.q.i.c.parat. Si vo materia eſt leuis tũc impor
tat cóſilium.maxime qñ illud qḋ cótinet ſub imperatiuo
importat fauoré illius ad qué verba dirigunt.vt.d.§.itẽ
p̄terea.ſecus ſi nó côcerneret fauoré eius put videt voluiſ
ſe Bar.in.d.l.ſiqs pro eo.ꝛ illud dictũ eius limita niſi eſ
ſemus in materia leuis ꝛ parui p̄iudicij.vt.d.§.itẽ p̄terea
ꝛ facit qḋ hr in tex.ꝛ glo.d.c.nó ſolũ.xxviij.q.i.†Et ſub
17 dit hic dñs Ant.ꝙ ſi ꝯſtitutio loquat p verbũ oportet ꝙ
importat p̄ceptũ.alleg.quod hr in.c.dño ſancto.l.diſtin.
Tu adde glo.in.l.i.de iuſti.ꝛ iur.in verſi.oportet q̄ dicit
ꝙ verbũ oportet improprie ponit p decet.ꝛ ſic ſentit ꝙ p
priũ ſignificatum eſt importat preceptũ.attenditur tñ
ſubiecta materia per illum tex.ꝛ per tex.l.cũ oportet.C.
de bo.q̃ libe.ꝛ idem do.Ant.† de verbo decernimus q2
18 importat p̄ceptum.ꝛ ita dicit ſe rñdiſſe fratri Luce de flo
rentia patri ſuo magiſtro in theologia ordinis oium ſan
ctoꝝ.alleg.Archi.lxxvi.diſt.§.i.ꝛ.iiij.diſtin.§.ꝛ ſi legib9.
Facit ibi tex.in verſi.hec non decernẽdo ſtatuta ſed exor
19 tando conſcripta.†ꝛ idem dicas de cótrauentione regu
le religioſorum non enim omnis cótrauentio obligat ad
mortale.vt voluit beatus Thomas quem refert ꝛ ſequi
tur Archi.in.c.vtinam.lxxvi.diſt.ꝛ ideo Jo.an.in.c.rela
tum ne cleri.vel mona.dicit ꝙ cõmendatur regula predi
catorũ per quá tranſgreſſores cóſtitutionum ad penam
obligantur.ſed non ad mortalé in his que per ſe nó ſunt
mortalia.ꝛ ſi cótrariũ diceret ſequeretur inconueniẽs ſa
tis ꝙ vita religioſorũ eſſet piculoſior q̃ vita laycorum.
cũ multa contineant ſub regula religioſorũ de facili reli
gioſi inciderent in mortale peccatũ.Nec ob.ſi dicatur ꝙ
veniens cótra regulam venit ꝯ votũ.q2 ſoléniter pmiſit
ſeruare regulá.q2 vt dicit beatus Thomas pfeſſio nó re
fertur ad oia cótenta in regula ſed ad tria ſubſtátialia re
gule ſup qbus eſſentialiter ẽ fundata ois regula religio
ſoꝝ.de qbus hr in.c.cũ ad moñ.ad ſi.de ſtatu mo. oia vo
alia contenta in regula tendunt ad finé illorũ triũ.vnde
pmittens ſeruare regulá intelligit ſeruare vitá regularẽ
que ẽ fundata eſſentialiter ſup illis tribus niſi forte ex có
tẽptu veniret cótra ſubſtátialia.q2 tunc bene obligaretur
ad mortale per glo.in.d.c.quis aũt.x.diſt.ꝛ pondera il
lam glo.que vult ꝙ contemnens legé imperialé obligat
ad mortale.vel niſi aſſumeret in ꝯſuetudiné peccandi q2
tunc veniale peccatũ pp frequentiá efficit mortale.vt eſt
30 tex.ad hoc ſtupendus in.§.criminis.xxv.diſt.¶ † Nota
a ꝙ cócupiſcentia[a] eſt cá oium malorũ.qḋ intellige pcede
re ẜm diuerſos effectus alibi dr ebrietaté fore fonté omni
um vitiorũ.xxxv.diſt.añ oia alibi dr ꝙ ignorantia eſt ma
ter errorũ.xxxviij.di.c.ignorantia.alibi dr ꝙ amor pecu
nie eſt quaſi materia oium criminum.xxxiij.diſtin.his igi
tur alibi dicit ꝙ auaritia eſt mater oium malorũ in auc.
vt iudices ſine quoquo ſuffra.in.§.cogitatio.in ver.ẽ hoc
ſacrorũ eloquioꝝ mirabile verũ ꝙ auaritia oium maloꝝ
ſit mater.ꝛ ibi dixit glo.ſingularis ꝙ ſacra eloquia alle
gantur in cauſis decidendis.ꝛ ſentit in foro ciuili.Faciat
tex.in.c.diaconi.xciij.diſtin.in ver.ex quo in eccleſijs ſicut
in romano imperio creuit auaritia pit lex de ſacerdote ꝛ
31 b viſio de propheta.ꝛ glo.ibi dicit†ꝙ oẽs virtutes[b] patiũ
tur defectum ab vno vitio de peni.diſtin.v.§.i.ꝛ dicit hic
Bal.ꝙ omnis cócupiſcẽtia phibetur ſiue carnis ſiue ocu
lorũ ſiue mundane glorie.ꝛ allegat glo.ij.ad corinthios
vi.gloria apoſtolorũ fuit nil poſſidere ſine ſollicitudine
eſſe ꝛ poſſidere tá res q̃ dños earũ porro omne peccatũ
incipit a primis motibus.ꝛ ſicut ventus excitat ab aere.
ita diabolus inſuflat in ipſos primos motus ꝛ inflámat
eos.hñ facit illud qḋ ſcripſit dñica veritas in ſua deuotiſ
ſima paſſione.ſatanas inquit expetiuit vos vt cribraret ſi
cut triticũ remoue.ergo dicit Bal.occaſióem ꝛ occaſióa
32 tũ.†occaſio enim peccati eſt cócupiſcentia.ná vt ait Jac.
apoſtolus vnuſquiſq; tentatur a cócupiſcẽtia ſua abſtra

a ¶ Concupiſcẽtia. Aduerte p iſto termino ꝙ ſemp fere in malá partẽ ſumitur hoc eo.c.ꝛ ti.nro ꝛ ibi Hoſt.facit.v.d.ad ei9 ꝛ de tráſac.c.quáto no.per Archid.i.d.c.i.ſup vbo fieri.

b ¶ Oẽs virtutes. Dictum phyſicũ ẽ hoc ꝛ pbat a pho iiij.ethi.ꝛ fere p totũ opus ꝛ a doc.ſubtili ꝛ oibus theologis ponit pro conſtanti.

c ¶ Notitiã. iſtud dictum ẽ phyſicũ ꝛ probat a pho mlt tis rónibus.i.poſte.in diffi.ſillogyſmi.ꝛ ð hoc qḋ paulo infra dicit ð teſtibus vide p enucleatõe.d.Bar.ſoc.in.l.i.ſi cer.pe.nũc.i.ꝛ ſeq.car.i.

ctus.ſ.a recto tramite ꝛ inclinatus ad malũ deinde cócu
piſcentia ꝯcipit peccatũ. peccatũ cũ conſumatũ fuit gene
rat mortem.ꝛ ideo in oratione dominica de deo dicit.ne
nos inducas intentationẽ.ſ.ne permittas nos intrare ten
tationẽ.ſed libera nos a malo.i.a diabolo q ẽ aduerſari9
noſter vel a malo.ſ.ſpũ qḋ incidit in idẽ vel a malo.ſ. cor
poris ꝛ aie.ꝛ refert quẽdam ſanctũ virũ docuiſſe ſic ora
re plaſmator meus miſerere mei.ꝛ alia ſcriptura dicit ſpi
ritũ ſcm̃ tuũ ne auferas a me qm̃ ſine auxilio tuo fragil ſũ
ꝛ caducus.ergo deus deus meus reſpice i me ꝛ illumina
oculos meos ne vnq̃ obdormiá.ita dicit hic Bal. ꝛ au
diui a quodá nó mediocris auctoritatis doctore q cũ aſſi
ſteret lateri cuiuſdá incliti principis italie ſe audyſſe illũ
principẽ dicẽtẽ orõné dñicá ꝛ repetẽtẽ illa vba ne nos in
ducas in tẽtationẽ p.x.vices.Et ſubdit hic Bal.ꝙ cócu
piſcẽtia iducit votũ captáde mortis alterius.l.ſi.C.ð pac.
c.ne captáde de ꝯceſ.pbẽ. ꝛ iſta mẽti comẽda. ¶ Pria
gl.eſt expoſitiua ꝛ nihil hz.glo.due ſequẽtes ſunt ẽt expo
ſitiue phibet aũt ꝯcupiſcentia.vt hr exodi.ꝛ eſt vnũ de p̄
ceptis ſcðe tabule de qbus in gl.xxxij.q.vij.qd in oibus.ꝛ
dicit hic do.Ant.mirabile eſſe qḋ dicit apoſtolus ꝛ papa
recitat ꝙ apoſtolus neſciuerit ꝯcupiſcentiá. ná habuit ſti
mulũ carnis.ꝛ dixit video aliá legem repugnátẽ legi mẽ
tis mee ꝛ captiuátem me.c.ſi paulus.xxxij.q.v.glo.in vſi.
vel hoc ſoluit ꝙ Paulus bñ ſciuit cócupiſcentiá carnis.
ꝛ alias ꝯcupiſcentias.ſed nó cognouit eá a ſe eſſe reijciẽ
dam niſi p legẽ poſtq̃ vidit legẽ phibentẽ ꝯcupiſcentiã
cognouit ꝯcupiſcentiá eẽ peccatũ ſed nó tá graue ex q̃ gl.
33 colligit hic do.Ant.†ꝙ licite negat cognitio totius ſub
iecti róne ptis incognite vel falſe vel alicuius accidentis
ad illá in q̃litate vel q̃titate.ꝛ ſic poſitio falſa in parte vl
róne alicuius q̃titatis vel qualitatis falſe adiũcte pót in
totũ negari ꝛ ſup toto deliberatio peti.alleg.Bar.in.l.i.
§.ſi ſtipulanti.ff.de ver.ob.vel vt dicũt doc.ẜm cũ apoſto
lus ſciebat eá p experientiá facti.ſed eá non cognoſcebat
quo ad eius pprietatem ꝛ effectũ ꝛ ſic ppriá eius ſciẽtiã
c nó habebat.ꝛ p ꝯñs tunc di aliqs hre notitiã[c] de aliquo
cũ hz notitiam ſubiectorũ ꝛ cuiuſcunq; effectus ꝛ pprie
34 tatis eius qḋ dicit eſſe bene no.†ꝯtra teſtes q2 ſi deponũt
de fama debent cognoſcere pprietates fame ꝛ effectus.
Tu adde ad hoc vltimũ illud qḋ ſcripſit phorum facile
princeps Ariſtoteles in primo phyſicorũ in prin. in ver.
tũc opinamur vnumquodq; cognoſcere. cũ cás cognoſci
mus primas ꝛ principia prima vſq; ad elemẽta.ꝛ in.i.po
ſteriorũ dicit ſcire eſt rem p cám cognoſcere.ꝛ facit qḋ hr
xxiij.q.viij.occidit.faciat qḋ voluit Bar.in.l.i.ff.ſi cer.pe.
vbi dixit ꝙ teſti deponenti ſup mutuo pót queri iſtud in
terrogatoriũ qd ſit mutuũ de q̃ dicẽ.vt ibi p ſcribentes
ꝛ qḋ voluit idẽ Bar.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de qō
nibus.ꝛ qḋ voluit Bal.in cõmento.l.data opa.C.qui ac
cu.non poſ.Adde ẽt ad primũ dictũ eiuſdẽ Bal.in.c.i.
.ð.eo.vbi dixit ꝙ in poſitione vel interrogatione ratione
partis falſe pót negari totum ſimpliciter allegat.l. his q
ducenta.§.vtrũ.ff.de reb.dub.re vera iſte paſſus ẽ alienus
a materia iſtius decretalis.ꝛ erit tangendus in loco pro
prio.Et adde glo.ordi.in.c.ſi.de confeſ.in.vi.ꝛ in.c.ij.de
teſtibus eod. lib.que idem firmant per.d.l. his q ducen
ta.§.vtrum.Idem firmat Spec.in ti.de litis conteſtatio.
§.nunc dicendũ poſt prin.ꝛ in ti.de depoſitióibus.§.vij.
ver.xi.vbi dicit idem in poſitione.ꝛ Jo.an.in.d.§.nũc di
cendum in addi.ꝛ Bar.in.l.qui ſolidum.ff.de leg.ij.ꝛ in
d.§.vtrum.ꝛ in.l.ſiquis cum totum.ff.de excep.rei iudi.
35 ꝛ ibi dicit†qḋ ſi illud quod ponitur in libello eſt falſũ ra
tione qualitatis.tunc procedat dictum Specu. vt poſſit
totum negari.facit.c.cum dilecti.ꝛ quod ibi not.glo. de
accuſationibus.Cy.in.l.ij.C.de probatio.aut eſt falſum
in quantitate.tunc debet confiteri partem debitam. facit
tex.cum glo.in.l.ſi pupillus.§.ſi.ff.de verb.ſignifi.ꝛ in.d.
l.qui ſolidum.faciat quod voluit Bal.in.l.ij.§. qḋ obſer
uari.C.de iuramen.calũ.ꝛ vide do.Anto.in.c.dilecti. de

maio.ꝛ

maio.ꝛ obe.vbi aliter loqꝛ ꝙ hic.ꝛ eundē in.c.i.de plus
petitionibus.ꝛ ibi paſſus iſte accomodate erit examinā-
dus.ꝛ vide Ang.in.d.l.ſiqs cū totū.dicentē ꝙ inoleuit
practica vt dicatur interrogeſ de toto ꝛ ſi nō credit de to
to rn̄deat de q̄ꝫto.ꝛ adde Pau.in.c.ſi.de cōfeſ.in.vi.vbi
d dicit ꝙ practica eſt ꝙ ponēs petat totū ꝛ quālibet ptem
in poſitiōe cōtentā ꝓut eſt debita.ꝛ tūc nō pōt totū nega
ri.ſequiꝛ ibi Domi.ꝛ do.Anto.in.d.c.dilecti.❡ Oppo
no ꝙ nō oia mala oriāſ ex cōcupiſcentia q2 nō homici-
diū non piuriū ꝛ ſimilia a concupiſcentia oriunſ.Soluit
glo.ſi.exponēdo tex.oriunſ.i.oriri poſſunt.ex qua ſolutio
36 ne no.†ꝙ interdū mutaſ ſignificatio verborū vt poſſit hē
ri verus intellectus.ſic ēt habeſ in hac glo.in.iij.ſolutiōe
vt vnum tempus ponaſ ꝓ alio.ſed q2 iſta expoſitio violat
litteram.ideo glo.dat aliā ſolutionē ꝙ hic cōprehendū-
tur genera ſingulorū ꝛ non ſingula generū.i.nō oriuntur
oia vitia ſingularia ſub generibus cōprehenſa vt furari i
genere eſt peccatū.ſed titiū ꝛ gayū furari talē ꝛ talē rem
eſt quid ſingulare ſub illo genere.adde ſimilē modum lo
quendi ꝑ glo.in.l.i.C.cōia de le.ꝛ ibi per Bal.ꝛ ꝑ eūdē
Bal.in.l.non dubiū.C.de legi.❡ Tertia ſol.eſt ponēdo
vnum tempus pro alio oriunſ.i. orta ſunt a cōcupiſcētia
primi parentis vt ederet de fructibus ſcie boni ꝛ mali.nā
pp illud omni bono priuati ſumus.hec ſolutio eſt vera in
ſe ſed litterā violat quo ad cōgruitatē loquendi.iō nō te-
netur.ꝛ ſm iſtam ſolutionē ponitur tp̄s preſens ꝓ prete-
rito alibi ponitur futuꝝ ꝓ preſenti de cōſecra.di.ij.in xpo
37 patri in prin.ꝛ dicit do.Car.hic† hoc nō procedere i ſta
tutis ꝛ aliis diſpoſitionibus reſtringibilibus in illis eniꝫ
verba debent intelligi ꝓprie.c.in noſtra de iniuriis.l.iij.§.
hec verba.ff.de nego.geſt.qđ dictū ꝓcedit vbi alias diſpo
38 ſitio valere pōt.†ſed vbi non poſſet valere niſi fieret ipro-
priatio verboꝝ.tunc eſſent impropriand a vocabula glo.
eſt ſingularis.l.ꝛ puto.§.i.ff.fa.herc.qđ eſt bn̄ no.Jo.de
ligna.dicit hic ꝙ iſte ſolutiones glo.nō bn̄ eradicāt con-
trarium.ideo dicit ꝙ cōcupiſcentia hic accipiſ ꝓ quodā
appetitu dānato.ꝛ ſic cōprehendit oia ſingula generum
quaſi velit ꝙ oia mala oriunſ ex iordinato appetitu.i.ex
appetitu nō regulato.Uel clarius pōt ſic dici ſi nos acci-
pimus cōcupiſcentiā reſpectiue ad aliquā certā rē vt con-
cupiſcere carnē vel aliā rē alienā.tūc veꝝ eſt dicere ꝙ oia
mala nō oriūtur ex tali cōcupiſcentia.ſed ſi accipiſ cōcu-
piſcentia ꝓ appetitu nō regulato rectitudine rōnis.tunc
nullū eſt peccatū ꝙ ex tali cōcupiſcentia nō oriatur. De
peccatis aūt de qbus glo.iſta facit mētionē.vide plene ꝑ
Hoſt.in ſumma de peni.§.de quibus ſub.§. que aūt ſunt
peccati.d.Ant.vt puto voluit mordere Jo.de ligna.ꝛ di-
cit ſe al's dixiſſe ꝙ iuenit ħ fuiſſe dictū Pau.†ꝙ ſingulr
39 ꝛ diſtributiue oia mala oriunſ a ꝯcupiſcētia ſumēdo ꝯcu
piſcētiā ꝓ appetitu beſtiali ꝛ nō rōe regulata.ꝛ hāc dicit
eſſe veritatē.vt dicit ſe dixiſſe.§.eo.in rub.ꝛ pꝫ.§.in conſti
tutione gregoriana.iiij.di.facte ſunt aūt leges.❡ †Que
40 rit hꝛ Bal.vtrū appetere diuitias ſit peccatū mortale.con
cludit aut qs appetit cū bono ordine ꝛ bona conſcientia
ceſſante omni fallatia ſicut faciunt boni doctores ſalaria
ti ꝛ boni ꝛ laudabiles mercatores.ꝛ hoc ē licitū ſm euꝫ
fallit ſiquis ſit prohibitus hanc negociationem exercere.
l.ſed ſi adiiciatur.ff.pro ſocio.l.acquilius.ff.de don.l.i.C.
de ſuffr.l.ꝓfeſſio.C.de muneribus p̄rimonialibuſ.li.x.ſed
cum malo ordine.puta impſſione vel metu non eſt licitū
c.i.de milite vaſallo qui contumax eſt.idem cuꝫ mala cō
ſcientia vel cum rei aliene ſcientia.q2 nil ꝓdeſt bonus or
do ſi vita ē mala.c.ſi.de preſcri.Et q2 iſte paſſus eſt alie-
nus a materia huius decretalis.ideo aliter non inſiſto.ꝛ
per iſta ſit expedita decretalis veſtra.

c n **E innitaris.** Conſtitutiões decretoruꝫ ſunt
ſingularibus opinionibus preferende.h.d.ca
ſus ſm domi.Anto.figuraſ ſic.pater beatiſ-
ſime occurrit caſus decidēdus in iudicio de quo apparet
caſus expreſſus in decretali.iudex eſt captioſus ꝛ ſue opi
nio.ꝛ aperte vult determinare ꝯ̄ decretalē ꝛ dicēs neſcit
quid dicat ꝛ ꝙ ēt iniuſtū decernit.quero an hoc licite fa-
ciat papa dicit ꝙ nō.ꝛ hoc probat ex dicto Salomonis
in parabolis cum declarationibus Hieronymi.ꝛ ita re-
1 ſidet hic do.Anto.†qđ eſt diligenter no. contra quoſdaꝫ
artiſtas ꝓmotos i epos quos ſepenumero vidi cū ſtoma-
co obloquētes deciſionibus harū ſacrarum cōſtitutionū
ꝓuideat ſedes apoſtolica.Jo.de imo.hic dicit ꝙ lꝫ glo.
hic videaſ ponere caſum.tn̄ melius pōt poni ad intentuꝫ
littere.vt hic voluit do.Anto.ꝛ figurat caſum vt fecit.d.
Ant.Et diuidiſ primo ponūſ verba Salomonis.ſecūdo
ponūtur verba Hieronymi illa declarātis.ſed do.Pet.
ſic ſūmauit.vbi in decretis patrū aliqd ſtatuiſ quilibet dꝫ
illud ſequi non ꝓpriā opinionē.Sed Bal.hic ſūmat non
2 dꝫ quis inniti ſue cōſcientie ſed dictis ſanctorū.ꝛ eſt† ar.
ſm eum ꝙ erronea cōſcientia que eſt ꝓprie quedā ſupſti-
tio.vt.l.que ſub conditione.ff.de condi.inſti.cōtra veras
concluſiones ꝛ publicā ꝯſciam obligat ad peccatū mor-
tale.l.inter oēs.§.recte.ff.de furtis.ꝛ cā finalis que hꝫ cō
ſcientiā erroneā ſi non erraret cōſcientiam nō haberet†ꝛ
3 deſtructa cā finalis peccati deſtruiſ peccatū.ſecus ecōtra
deſtruiſ meritum deſtructa cā finalis ipſius meriti.†ꝛ dſ
4 conſcientia quaſi ꝯſcientialis ſcia.ꝛ eſt donū ſpiritusſan
cti q2 vbi eſt cōſcientia ē intellectus.ſed ſi egram ꝯſciam
interroges qd in remiſſis.rn̄det q2 male de me ſentio iux
ta illud q2 triſtis eſt anima mea ꝛ quare conturbas me.
ꝛ rn̄det q2 male de me ſentio.ideo aliū accuſare non pōt.
f c.nouit de iudi.ꝛ refert Archi.dicere ꝙ ꝯſcia eſt cū alio
ſcia.i.quedā armonia cū veritate.c.litteras de reſti.ſpol.
ꝯſcia bona naſciſ ex bonis animi qualitatibus.vt ſcribiſ
primo ad timotheū.ꝛ fundamētū eius eſt charitas fides
ꝛ lex.ꝛ ſiquis eaꝫ bene intellexerit bn̄ operaſ ꝙ aūt ſane
doctrine ꝯ̄riaſ id cōtra ꝯſciam eſt.vt ibi ſubdit Bal.ꝛ di
cit nunc reuertar ad.c.caſus exponiſ dictuꝫ Salomonis
dicētis ne innitaris prudētie tue.i.ꝓprium intellectū non
debes ꝑferre dictis ſanctorū patrū ꝛ dictis doctoꝝ appro
batoꝝ.ꝛ ita quieuit tantus doctor hic.vere decretaliſ iſta
ſtat apud me dubia.ꝛ mihi nō videſ ꝙ do.Ant.ꝛ ſequa
ces bene eradicent eā deus aperiet veꝝ intellectū.Et con
ſidero circa iſtam poſitionē caſus.nam ſentit.d.Ant.†ꝙ
5 verbū prudentie capitur in malam ptem.ꝛ ꝙ eſt iudex ca
ptioſus.ꝛ hoc ſentit glo.hic in ver.prudētie q2 ſupplet in
malo.ꝛ ſic nō vſ ꝙ do.Anto.aliter ponat caſum ꝙ̄ fece-
rit glo.iſta.lꝫ aliter dixerit Jo.de imo.ꝛ huic gl.allego
ſimilem in.c.i.§.e.ꝛ re vera neſcio videre ad qd papa iſtā
decretalem dedit ſequendo do.Anto.ex eo q2 in.c.i.§.eo.
eſt hoc deciſum ꝙ nemo dꝫ iudicare ſenſu ſuo ſed auctori
tate canonū.ad qd ergo idem repetit hic.ꝛ ſic mēbranas
occupat ꝯ̄.c.ſi romanoꝝ.xix.diſtin.ꝛ glo.iſta in ver.pru-
dentie.allegat ꝓ dicto ſuo tria iura que non ꝓbant dictū
eius.allegat enim.c.i.§.eodem.vbi tex.loquitur de ſenſu
ſuo.non aūt de prudentia ſua eodē modo nec.c.ſcien.nec
c.pura.allegata in ea probant dictum eius.vnde nullum
eſſet dubium capiendo prudentiam in malam partem ꝙ
qs nō debeat ſequi ſuam deprauatā opinionē ꝯ̄ conſtitu-
tiōes canonicas certe nullus de hoc dubitare poterat.ſu
mus enim canonū cuſtodes ꝛ non violatores.xxv.q.ij.c.
inſtitutionis.ꝛ per ꝯ̄ñs eſſet tex.iſte de caſu indubitato ꝙ
eſſe non dꝫ.l.ꝙ labeo.ff.ad carbo.qnimmo ex dicto gl.ꝛ
dn̄i Anto.ſequitur ꝙ capiendo prudentiam in bonā par
tem qs poſſet eā preferre ꝯſtitutionibus canonicis.†ꝛ ſi
6 dicaſ ꝙ eoipſo ꝙ prudētia eſt aliena a lege eſt mala hoc
nego.ꝛ allego tex.in indiuiduo in.c.relatū.xxxvij.diſt.in
ver.non ſm ꝓpriā ingenij virtutē ꝛ intelligentiā legaſ ꝛ
doceatur.vnde tex.ibi ꝓbat ꝙ qs ꝛ legere ꝛ docere debꝫ
ſm dicta ꝛ tradita a ſanctis p̄ribus ꝛ nō ſm ꝓpriā igenij
virtutē ꝛ intelligētiā.ꝛ per ꝯ̄ñs ſeqtur ꝙ nō eſt mala.ꝛ iō
7 pulchre dixit Bal.in.l.de eo.C.de pena iudi.†ꝙ ille q iu
dicat ſm ſuā ꝯſciam.lꝫ faciat ꝯtra legem ſcriptaꝫ non iu-

d ❡ Petat to tū.Adde fely.hic.in.v.colū.circa me.ꝛ ſi-nē.c.ponētem opi.olum doc.ꝛ pulcherri-me limitātem iſtud dictuꝫ.ꝛ vide.d.Alex.de imo.in.l.ſ.§.ſi ſtipulātō ver.obl.vbi ēt vide q ꝑ Bar.ibi in materia ſingulr ſcribū tur.

e ❡ Conſtitutiones.aducte q2 Fely.apponit huic ca.ſūmariū.d.anto.quē ſecutuſ fuit Abb.ꝛ ipſum approbat vna cuꝫ caſus poſitione.D.āt Andre.ipſā validis ratiōibuſ oppugnat tu vide per te.

f ❡ Conſcientia.Quid aūt ſit conſcientia vide.c.cām extra de teſti.ꝛ adde Card.extra de reſcrip.c.ſtatutus.ꝛ vide de ꝯſcientia.d.Alex.ꝯſ.ccclix.incip.viſo.ꝛ.d.Jaſo.may.in.l.ſi.in v.col.C.vnde legi.ꝛ vide.d.Jaſ.may.in.§.iſte.nume.cx.ver.ꝛ in ꝑnuo cōgerentēfere ꝑuiā col.quicqd in hac mā dici poteſt.

cidit in penam.c.cum eterni de re iudi.in.vi.⁊ iõ põt eſſe
prudẽtia in bonam partem aſſumpta lȝ non ſit cõformis
conſtitutionibus canonicis. ⁊ ideo ſto in hac cõcluſione
vera ꝙ verbũ prudentie tue capitur in bonã partē. ⁊ eſt
ſenſus ꝙ lȝ aliqs iudex ſit prudens ⁊ prudentẽ hẽat opi-
nionẽ nõ dȝ illã preferre cõſtitutionibus canonicis. ⁊ ſic
non bene ſenſit do. Anto.qnimo dico vobis ꝙ ex alio eſt
diminutus ad intellectũ iſtius tex.qui dicit agẽda vel di-
cenda.⁊ do.Anto.reſtrinxit iſtum tex. quo ad iudicia. ⁊
male qȝ tex.loqtur in actionibus ⁊ in iudicijs. vt in alie-
nationibus acqſitionibus cõpoſitionibus eccleſiaſticis ⁊
ſimilibus iuxta illud actiones noſtras dirige. ⁊ iuxta illd
oĩs xpi actio noſtra fuit inſtructio.c.ſignificaſti de elec.⁊
ideo caſum ſic ponite pr̃ ſancte ſumus in titu.de cõſti.ali-
qs eſt prudẽs ⁊ in negocijs extraiudicialibus ⁊ iudiciali
bus vult ſm̃ ſuã prudẽtiã ⁊ nõ ſm̃ canonicas cõſtitutio-
nes ꝓcedere poterit ne videbat̃ dicendũ ꝙ ſic ex quo opi.
ſua erat prudẽs.papa hic determinat ꝯ̃riũ. ⁊ iſta eſt veri
tas.⁊ iõ poterit dari inauditũ ſũmariũ hoc mõ. in nego
cijs iudicialibus ⁊ extraiudicialibus cõſtitutiones cano
nice ſunt ſingularibus opinionibus.lȝ prudẽtibus ꝑferẽ-
de.nec vr̃ bene dictũ ꝙ ſit prudẽtia ⁊ fatua ꝯ̃ illud qđ hr̃
de peni.diſtin.ij.nullus in ver.ſemꝑ amictum hȝ pruden-
tie. ¶ Nota iudicẽ nõ debere iudicare ſm̃ voluntatẽ ſuã
ſeu ſm̃ conſcientiã ſuã depꝛauatã.ſed ſm̃ ſtatuta decreto
rũ ⁊ aliorũ habentiũ poteſtatẽ legis condende. ita colli-
gunt patres noſtri hic re vera notabile eſt verũ in ſe . ſed
non congruit textui.facit qđ habetur in.d.c.inſtitutiõis.
quod eſt notandum ſm̃ do.Anto.contra iudices captio
ſos qui volunt omnino ſuas opi.alijs preferre ⁊ plus de
ſe preſumunt q̃ȝ ſit in veritate rei.⁊ ſic opinio alicuius nõ
eſt preferenda dictis decretorum ⁊ ſanctorũ patrum ſm̃
do.Anto.hic idẽ dicunt doc.ſm̃ eum de conſilijs ſancto-
8 rũ patrũ.allegat.lxxiiij.diſt.§.i.idem †dicas de cõſilijs pe
ritorum in arte.qȝ eis ſtandũ.c.fraternitatis de frigidis.
c.propoſuiſti.de proba.c.omnis etas.xij.q.i.l.i.ff. de ven
tre inſpiciendo.⁊ in prima cõſtitutione ffoꝝ.l.hac edicta
li.§.his illud.C.de ſecun.nup.idē dicas de opinionibus
gloſatoꝝ qȝ ſtante varietate opi. ſequenda eſt opi.gl.i in
dicando ⁊ conſulendo.vt ſing.voluit Iac.but.in.l.i.C.q
pro ſua iuriſditiõe.⁊ ideo Bal.in peculio ſuo refert Cy.
loquentem aduocato in.l.non moriturum.C.de cõtrahẽ
da ſtipulatione.audi ydolum tuum.i. glo. ⁊ idem Bal.
in.l.hereditas.C.depoſiti.†dixit ꝙ auctoritas glo.in cõ-
9 ſulendo omnes alios antecellit.⁊ in.c.i.de natura ſucceſ.
feudi.dixit ꝙ in conſulendo non põt adherere meliori q̃ȝ
opinioni gloſarũ.⁊ in.l.precibus.C.de impuberum.dicit
ꝙ poſt prudentes vadit colligendo ſpicas.nec audet re-
cedere ab opinione prudentũ ⁊ gloſaruȝ.⁊ idem dixit in
auc.ceſſante.C.de legitimis heredibus.Et idem Bal. in
.l.i.ff.de vulga.⁊ pup.dixit ꝙ in conſulendo nõ põt adhe
rere meliori.⁊ in.l.fi.§.neceſſitate.C.de boniſqȝ libe.dixit
adhereas Odofredo ditãti.i. gl.⁊ in ꝑpetuũ nõ errabis.
faciat glo.in.l.dos a patre profecta.C.ſol.ma. ⁊ in.l.aſſi
duis.C.qui po.in pig.hab.⁊ in.l.fi.C.de dona.⁊ iõ dixit
Bar.in conſi.vij. incip.andriolus do inquit tibi gl.ordi.
a qua non eſt recedendũ in conſulendo cũ ipſa melius ce
teris intellexerit.⁊ faciat quod voluit do.Matheus de
matheſelanis in ſuo tractatu de eligendis opinionibus.
lȝ idem Bal.in.l.ij.C.qui accu.non poſ.dicat iſta eſt opi.
gl.⁊ coꝝ qui eã ſequunt̃ q ſunt ſui pedagogi.ſed videt̃ fal
ſa opi.⁊ eſt.⁊ ideo Saly.in.l.traditionibus.C.de pac.di
xit ꝙ ita eſt inherendum opi.glo.ſicut bononien̄.inherẽt
carotio.vt eſt glo.ſing.in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.
⁊ Ange.in.l.ij.ff.de accu.dixit ꝙ in conſulendo nõ eſt re-
cedendũ ab opi.glo.⁊ in.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſ.
10 om.iudi.allegauit illũ tex.pro mirabili†ꝙ vbi nõ eſt da
re caſum legis ſufficit allegare auctoritatẽ maiorũ.qđ eſt
bene no.⁊ pro illo dico fore caſum valde ſingularẽ in. c.
ſ.de decimis.⁊ idem ſenſit Hoſt.in.c.ingrendũ de pecul.

11 cleri.tene menti.Et ſubdit multum eleganter hic Inno.
a ſtandum eſſe dictis ſanctorũ[a] ſi non ſunt retractata.c.i.⁊
ij.xxvij.diſtin.⁊ hoc qñ ſancti patres ſunt in concordia.
qȝ ſequenda ſunt dicta ſua vſqȝ ad vnuȝ iota. ⁊ in oĩbus
⁊ per omnia ſeruanda ſunt.c.i.xv.diſtin.Fatet̃ tñ Inno.
ꝙ anteq̃ȝ eſſent approbata per eccleſiam licite quis pote
rat tenere vel non tenere dicta ſanctorũ patrũ.vt de ſalo-
mone.qȝ aliqui tenent ꝙ ſit ſaluus aliqui ꝙ non.vt in.c.
12 ſalomon.xxxij.q.iiij. idẽ dicit† de corpore beate virginis
Marie qȝ opiniones ſunt an ſit aſſumpta in celuȝ corpo
raliter. Hoſti.dicit ꝙ opi.approbata hȝ ꝙ ſic. ⁊ ita dicit
tenere Auguſtinũ. Hieronymus vero ita apte non loqt̃
imo dicit ꝙ nulla ſcriptura apponit de aſſumptione cor-
porali.vide in epiſtola hiero.ad cuſtochiũ.Bal.vero hic
querit an hereticũ ſit credere ꝙ corpus beate virginis nõ
fuerit aſſumptũ in celũ olim non fuit hereticũ ꝓpter vari
as ſanctorũ patrũ opiniones ſm̃ Inno.hodie vero eſt ꝓ
ximũ hereſi qȝ ſolẽniſſimũ feſtum ſit de aſſumptiõe beate
virginis cuius corpus ⁊ anima pie credit̃ eſſe in paradi-
ſo ad pedes Ieſu chriſti.⁊ ex dictis Inno. ſe concludere
13 †ꝙ nõ ẽ hereticus ille q credit id in quo multos ſanctos
patres hȝ conteſtes lȝ nõ oẽs qđ dicit eſſe menti tenẽ. ad
excuſationẽ doctoꝝ.faciat ad hoc qđ voluit Gof.⁊ Ioã.
an.in.c.capellanus de ferijs ꝙ tenẽtes opi. reprobatã in
materia ꝑcepti nõ peccant anteq̃ȝ emanauerit declaratio
ſed poſt declarationẽ peccant.Facit glo.in.c.i. de poſtu.
14 prela.in.vi.†Quid ſi reperit̃ diuerſitas inter dicta ſancto
b rũ[b] ⁊ dicta romanorũ põtificũ qbus magis ſtabit̃ dic ꝙ
in deciſionibus cãrum ſtabit̃ dicto pape.qȝ ipſe hȝ ptãteȝ
legis cõdende niſi dictũ ſanctorũ patrũ adiuuaret̃ aucto
ritate noui vel veteris teſtamẽti in expoſitiõibus vero ſa
crarũ ſcripturarũ ſtaret̃ potius dicto ſanctorũ puta Au
guſtini Hieronymi ⁊ ſimiliũ.vt eſt glo.in ſũma.⁊ in.c.i.
xx.di.⁊ faciat gl.in.c.vt veterũ.ix.diſt. niſi tractaret̃ de ex
poſitiõe neceſſaria ſuꝑ articulis fidei.qȝ tunc ſtaretur di
cto pape cui fuit data ptãs legis cõdende.vt per.d.Abb.
hic.⁊ in.c.certificari de ſepul.⁊ in.c.tua de deci.⁊ ideo di
xit do.Ant.in.d.c.tua ꝙ dicta ſanctoꝝ ſuccũbũt declara
tioni pape.⁊ dixit hic Bal.referendo Io.an.ꝙ in diuer
ſitate opinionũ ſequenda eſt cõis.Facit.l.i.in ver. crebri
or apud veteres opinio.ff.de offic.queſto.dixi.ſ.eo.c.i.nã
cõis opi.hȝ vim ꝯſuetudinis.l.ſi de interꝑtatione.ff.de le
gibus.⁊ caueant iudices in eligẽdis opinionibus ne eli-
15 gant eã que hȝ minimuȝ rõnis.†qȝ rõ naturalis ſeipſam
oñdit ⁊ veritatẽ occultari nõ ſinit.tñ nõ dȝ dici rõ niſi ſit
bona.vt no.in.l.nõ oium.ff.de legi.⁊ refert prudẽs conſi
16 lium Io.an.†ꝙ qñ opiniones ſunt diuerſe. ⁊ iudex põt
ꝓbabiliter inclinari in quã partem voluerit dȝ ſe conari
vt hẽat iudicẽ ꝓpitiũ nõ autẽ claudicãtẽ qȝ iudex ⁊ iudi-
ciuȝ claudicare nõ dñt.l.in ſacris.C.de ꝓximis ſacro.ſcri.
lib.xij.c.in iudicijs de reg.iur.in.vi.ſimile dicit in arbitro
⁊ alleg.dicta ꝑ ſe in.c.i.ſ.e.⁊ addit †an arbiter faciat litẽ
17 ſuã reſpectu ſortis an reſpectu pene cõpromiſſi ⁊ rñdet ꝙ
reſpectu dãni qđ infert circa principale. vñ ſi reus ſoluit
penã cõpromiſſi nõ põt arbiter facere litẽ ſuã niſi vſqȝ ad
quãtitatẽ ſortis.qȝ cõtumacia litigatoris non dȝ nocere
arbitro.l.i.§.itẽ ſi ita.ff.ad.l.fal.⁊ ſi arbiter nõ habuit rõ
nẽ lucri ceſſantis ſed dãni emergẽtis mitius dȝ agi cũ eo.
18 ⁊ idẽ dicit in iudice.Itẽ†qñ ꝓceſſus eſt multũ dubius iu
dex nõ facit litẽ ſuã.qȝ nõ ẽ peccatũ ſi vna vice tenuit vnã
opi.alia vice tenuit ꝯ̃riã.qd iuris rñdet niſi ex ꝓbabili rõ
ne emẽdauerit ſe ẽ increpãdus lȝ forte nõ ſit puniẽdus.ar
gu.l.eos.C.de mõ multaꝝ. Et idẽ voluit idẽ Bal.in.l.
de tutela.C.de in inte.reſt.min. ⁊ faciat qđ ipſe voluit in
rub.de ꝯtro.inueſti.⁊ in.c.i.in ti.qd ſit iueſti.⁊ in.c.i.§.ſi
nõdũ de nota.feu.⁊ bar.i.l.q bõa.§.ſiqs ſtipulat᷑.ff.ſ dã
no.i nfe.⁊ qđ no.in.c.cãmqȝ de teſti. ⁊ Ang.in.l. qdã ta-
bulaꝝ.ff.de fur.⁊ iõ dixit Bal.in.l.i.C.de his q añ aper.
c 19 tab.†ꝙ ꝑ diuerſa fantaſmata[c] generãtur in nobis diuer
ſe intellectiones nec ꝓhibetur qs mutare cõſiliũ de bono
in melius

a ¶ Dictis ſã
ctorũ.Uide ſe
ly.hic in.i.col.
circa fi. ver.in
tex. aggregan
tem more ſuo
totã materiaȝ
⁊ addẽtẽ mul
tas limitatio-
nes vltra dñs
Andre. hic q̃
qȝ clara vide
per te.

b ¶ Dicta ſan
ctorũ.Uide ſe
ly. hic i.ij. col.
verſi. ſed ſunt
tres caſus pul
cherrime dcla
rantem qñ ſcri
ptis. d. Pape
ſanctoꝝ aucto
ritas preuale-
at q̃ ſuccincte
hic habetur a
d.Andrea.

c ¶ Diuerſa
phantaſmata.
Hoc ẽ phiſicũ
⁊ ipm̃ probat
phs.iij. de aĩa
⁊ ex iſta ꝓpo-
ſitiõe in aduer
tenter poſita a
d. Andre. hic
reſoluit̃ argu.
fidei catholicẽ
ꝯ̃ Auerroiſm
ponẽtem peſſi
mũ cõmẽtũ ⁊
figmẽtũ ſuũ d̃
vnitate intelle
ctus.qđ lȝ phi
ſice ſit ſuſtẽta
bile.tñ ẽ erro-
neũ ⁊ falſũ ac
nulli intelligi
bile.vt inqt ꝑ-
ceptor me⁹ do
ctor ſubtil.iiij.
ſen.in q̃ntibus
de anima itel-
lectiua.iõ opti
me locutus fu
it Bal.in.d.l.i.
C.de his q añ
aper.tab.queȝ
adducit.d.an-
dreas hic.

In melius.l.nōnunq̄.ff.de colla.bo.nā ⁊ Auguſtinus fe
cit librū retractationū.⁊ apoſtolus dicit cū erā paruulus
loquebar vt paruulus cogitabā vt paruulus ſapiebā vt
paruulus.cū aūt factū ſū vir euacuaui ea q̄ erāt paruuli.
⁊ iō dicebat ꝓpheta iunior fui ⁊ ſenui.de quo p̲ Jo.an.
in ꝓhemio ſexti in nouella.vide q̄ dixi in.c.i.ē.eo. Et ſub
dit ēt hic Bal.ꝙ aīa rōnabilis ē inuiſibilis ⁊ mirabilis
opationis deus fecit hoiem vt eſſet aīal rōnale.neceſſe er
go ē vt ſit ꝯſcientiale qꝛ ꝯſcientia eſt ſupior ⁊ beatior p̲s
intellectus deo ꝯiuncta ſm eū. ¶ Vltimo no.ſm.d. An
to.ſignificatū hoꝝ verboꝝ facias ſm tuā prudētiā qꝛ in
telligit̃ de prudētia nō informata a iure do.Abb. dicit h̄
nō eſſe verū quo ad corticē littere.qꝛ illa verba ponūtur
iproprie.vt dixit gl.ij.hic al's ſi intelligeret̃ de voluntate
nō ſubmiſſa rōni nō eēt prudētia ſed fatuitas iuxta illud
fatuus fatua loqtur.xciij.diſt.c.legimus.l.qdā in ſuo.ff.d
20 de ꝯdi.inſti.†nā ſi verbū placet iportat arbitriū boni viri
vt.l.ibayꝫ.§.ſororē.ff.de fideicōmiſ.lib.fortius ꝯhec v̄ba.
iō vr̃ data ptās vt bono viro.iō ſi nō facit vt bon⁹ vir.pōt
peti reductio ad arbitriū boni viri.alleg.no.in.l.fideicō.
§.q̄q̄ de leg.iij.⁊ in.c.qntaual.de iureiur.⁊ Bar.in ex
trauaganti ad repriniendā in verſi.videbit̃.Joā.de imo.
etiā dānat iſtud dictū do.ant.hic ⁊ dicit ꝙ hoc iō contin
git in iſto tex.qꝛ ex mente loquentis elicit̃.naꝫ aliter de ſe
nō vr̃ ꝙ illa verba tue prudētie iportēt liberū arbitriū ſi
cut nec verbū putauerit vel extimauerit.alleg.no.a Bar.
in.l.ſi ſic de leg.i.⁊ in extrauaganti ad repriniem.in ver.
videbit̃.⁊ qđ hr̃ in.l.fideicō.libertas.ff.de fidei.lib.⁊ ſub
dit ꝙ lꝫ interp̄tatio legis ſit iudici p̄miſſa.c.i.ſ.de poſtu.p̄
la.cum ſi.tñ qñ lex eſt clara nec indiget interp̄tatione tūc
nō ſtabitur prudentie iudicis ad interpretandū.⁊ ita reſi
21 det.†Tu vero tene illud qđ heri dicebā ꝙ illa verba tue
prudentie importent arbitriuꝫ boni viri.lꝫ aliter dixerit
glo.⁊ plenius dixi de hoc in.c.i.ē.eo.vide ibi.⁊ qꝛ dñs
Anto.in.d.c.i.ē.eo.queſiuit de aliqbus verbis importan
tibus arbitriū boni viri ⁊.ēt liberū arbitriū.⁊ qꝛ nimis
onerata erat decretalis illa in ſua mā remiſi me aliquali
22 ter dicturū hic vbi reuera melius cadit q̄ ibi.†Et iō que
ro qđ ſi cōmittit̃ cā tue ꝯſciētie eſt hoc quotidianū an po
tero appellare ab eo ꝙ p̲ tuā ꝯſcientiā iudicaſti.Et qdeꝫ
glo.reputata ſingu.in.c.ſtatutuꝫ.§.aſſeſſorem de reſcrip.
in.vi.dicit ꝙ non.doctores oēs dicunt eſſe glo.in ꝯ̄triuꝫ
in cle.i.de iure patro.finaliter reducūt eas ad cōcordiaꝫ.
qđ verum eſt ꝙ nō poteſt appellari quo ad hoc vt iudex
teneat̃ deferre appellationi.tñ poterit appellari quo ad fi
nem vt negociū deuoluatur ad ſupiorem qui deliberabit
an illud ſit reuocañ.⁊ ita cōcordauit illa glo.Jo.d imo.
ſi quis.ff.locati. nam ad ſuũ ꝯceptuꝫ trahit omne diſpoſi/
tum.l.pdys.§.balneas.ff.de leg.iij. Tu de hoc allega tex.
optimum in.c.mãdatum.J.de reſcrip.in verſi.recipias. in
cano. ⁊ in fratrem. vbi papa mandauit ꝙ reciperet̃ in ca
nonicũ. ⁊ tñ videt̃ mandaſſe prouideri de pbenda. ſed cõ
tra Bal. videtur caſus in.d.c. eaꝫ te in verſi.ſi recipias. in
canonicũ ⁊ in fratrẽ ⁊ pbendam ſi qua vacat ⁊c̃. vbi pa/
pa expreſſit de canonicatu ⁊ pbenda. dicam de hoc ſuper
90 glo. Bal. colligit hic ex iſtis arg. †ꝙ ſicut cõceſſo officio
videt̃ conceſſa pbenda ⁊ prouiſio ei qd̃ reſpondens de cõ
ſuetudine vel de iure. ita ꝯceſſa lectura alicui docto. vide
tur ei ꝓmiſſum ſalarium illi⁹ lecture attribui conſuetũ.l.
licet.C.loca. hoc dicit eſſe verũ ſi ſalariuꝫ erat illi ppetuo
ordinatum. ſecus ſi pendebat ex arbitrio electoris. argu.
l.licet. nã que incerta ſunt ꝓmitti non vident̃.l.ſalariũ.C.
mãdati.l.ſcia.§.medico.ff.de annu.lega. Et dixit hic col
lectarius vt refert Bal. ꝙ prebẽda adeo habet reſpectuꝫ
ad canonicatũ ꝙ collata prebenda que cõſueuit aſſigna
ri canonico etiã canonicatus videt̃ eſſe collatus.i.q.iij.c.
91 ſi quis obiecerit. Et ex iſtis colligit hic ar. Bal. †ꝙ ſi pn/
cipali doctori ſũt deputate ſchole magis honorabiles ꝙ
ille doctor videtur deputatus ad principalem lecturã. ex
quo ille ſchole deputate erant ad lecturam principalem.
⁊ ſi plures aſſumpti ſunt loco eius debetur antiquiori ⁊
digniori pꝛogatiua virtutis ⁊ tẽporis.l.i.ff.de albo ſcribẽ
do.l.ſemper.ff.de iure imunitatis. Saluo ꝙ ſi in eodeꝫ in
ſtrumẽto plures eſſent ſimul nominati. naꝫ tũc primo no/
minatus cenſet̃ dignior vel ſaltem pncipalior ex mẽte lo
quẽtis.l.qui ſoluẽdo non erat duos appolonios.ff.de he
redi.inſti. ⁊ mortuo primo ſtatim ſuccedit ſcd̃us in ſcho/
lis ſine alia deputatiõe. dicit etiã ꝙ ſi ſunt duo officia vni
ta vel annexa duo ſalaria debẽtur ⁊ vna cathedra pp an
nexionẽ ſufficit etiam alterum nominari. allegat nota. in
auc. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§. illud. vide de hoc
vltimo Jo.an. q ꝯſuluit in eccleſia Floren.in.c.cum olim
de reg.iur. ⁊ do. Cardi. ibi refert Bal. etiam conſuluiſſe.
ego in.d.c.cum olim retuli illud ꝯſilium Bal. ⁊ etiam la
te de hoc ſcripſi in eccleſia quinqꝫ eccleſienſi in ptibus vn
garie vide ibi ⁊ etiã ad predicta vide ſimile qd̃ dixit bal.
92 in.c.i.de feudo guardie. †vbi dixit ꝙ ſi dñs ex iuſta cã au
fert alicui officiũ ꝙ videtur auferre ſibi bñficium pro illo
officio deputatũ. allegat.l.qui ſub ptextu.C. de ſacroſan.
eccle. ⁊.l.in teſtamẽto centurio.ff.de manumiſ.teſta. ergo
multofortius dicemus idem in fauorabilib⁹ qꝛ ſi ſuperi/
or ꝯcedit mihi officiũ vr̃ concedere bñficium deputatum
93 b illi officio. †Quid aũt ſit prebẽda [b] Bald. hic dicit qd̃ eſt
quodam ꝙ poteſt conſiſtere in rebus corporalibus ⁊ in
nominibus vt centũ libre annuatim in quantitate qꝛ pa/
nes ciuiles bene poſſunt aſſignari in prebẽdis.l. iubem⁹
nulli.C.de ſacroſan.eccle.l.i.C.de anno.ciuili.lib.xj. ſicut

a ¶ Canonia. Uel meli⁹ ſm alios ſcribẽtes hic ⁊ breuius diffinias ꝙ canonia ẽ ius ꝓueniẽs ex electione. Fely. ãt hic.ix.col. circa mediũ.ver. in gl.in ver. receperũt egregie ipſam diffinit. ⁊ diſtĩguit in quo a pbenda differat ⁊ an ſit ius ſpũale vel tpale de mẽte Inno. in c.maioꝛib⁹ de pben. ⁊ de mẽte.d. Abb. hic vide p te quia more ſuo optime exaggerat totã materiaꝫ.

b ¶ Prebenda. Quid aũt ſit pbenda qd canonia quid ſtallus in choro. ⁊ qd locus in cap. vide extra de preb.in primo. ⁊ de pben.c.relatuꝫ. vide Fely. loco allegato.ĩ.numero. lxxxvij. ⁊ q̃ ibi anotauimus in apoſtillis. ⁊ vide Hoſ. ⁊ Hoſti. in ſumma.

in feudali vt vſumfructū aſſignari q̄ꝛ inter imobilia cōputanſ. in auč. de nō alie. §. i. ⁊ ſubdit hic Bal. † ꝙ ſi teſtator
94 legat mihi oia imobilia ſua ꝙ includunſ annue pſtationes ſi ſunt ꝑpetue vel ad longum tēpus. ſed ſi ſunt ad breue tēpus. i. ad minus decēnio nō computanſ inter imobilia. vt. l. q̄ꝫ tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio. l. mouentiū. ff. de vbo. ſignifi. niſi cōputanſ inter imobilia que ſunt ꝑpetue vel longe durationis. l. cū debere columnas. ff. de ſerui. vrba. pdioꝝ. ⁊ ſic ſenſit hic Bald. ꝙ tales annui reditus cenſenſ bona imobilia. ⁊ ita hic reſidet Moderni vero in. l. ſi ꝯſtante. §. fi. nulla facta mētione de Bald. hic in. iij. col. verſi. quid de annuis redditibus referunt Fede. de ſenis ꝯſilio. lxxiiij. quem Federicū dn̄t recitaſſe Bal. lꝫ quotā conſilioꝝ nō allegauerit in. c. i. de feudi cognitiōe. ꝙ vbi tales annui reditus ſunt ꝑpetui vel in longum tempus duraturi inter imobilia bona computanſ ad qđ allegat Federi. Joānez de paiarēſibus ꝑ. l. ſi cum ꝯfinitione. ff. qn̄ dies lega. cedat. ſed tex. ille nihil facit aut tales reditus non ſunt perpetui vel in longum tempus duraturi. ⁊ tūc cenſeſ inter bona mobilia. Primū mēbrum huius diſtinctionis ꝓbatur ꝑ. c. querelā de elec. vbi datur poſſeſſoriū interdictū pro ānuo reditu ꝑpetuo recuperando. ꝓut dareſ pro ipſa re imobili qcqd dixerit Cyn. in. l. ſi certis annis. C. de pactis. Scđm mēbrum probaſ in. l. fi. ff. quorū bonoꝝ. ⁊ ita reſident Moder. ibi. Tu ad eos adde bal. hic. ⁊ eundem Bal. in. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecundis nup. vbi refert doctores dicere ꝙ ānui reditus inter imobilia cōputanſ quādo ſunt ꝑpetui vel ad longum tempus alias ſecus. vnde iura talia intelliguntur poſſideri quando ſunt ꝑpetua vel ad longum tempus alias ſecus primū dicit probari in. d. l. fi. ⁊ dicit tenere Fede. de ſenis in ſuis ꝯſilijs. Adde ad eos eundem Bal. in. l. ſciendū in
95 prin. in finalibus verſi. † vbi querit an ille qui debet recipere annuos reditus dicatur imobiliū poſſeſſor quidam dicunt ꝙ ſic allegant. d. l. hac edictali. §. his illud. ⁊ d. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. ⁊ §. vlti. n. in auctē. de non alienā. In ꝯtrariū videſ vſufructuarius percipit fructus annuos. tn̄ non cenſeſ eſſe poſſeſſor vt in auč. de nō alie. §. cum vero. refert Guil. de cu. dicere ibi ꝙ autē iſti reditus annui debētur actione pſonali. ⁊ tūc non cenſeſ poſſeſſor d. l. ſciendū. §. diuerſa. ⁊ d. l. fi. quoꝝ bonoꝝ. Aut debentur actione reali. ⁊ tūc cenſeſ eſſe poſſeſſor. ponit exemplū in d. c. querelam de elec. ⁊ allegat qđ no. in. l. regulariter. ff. de petitione heredi. que verba Guil. dicit eſſe ſatis ſubtilia. ⁊ re vera Guil. hāc diſtinctionē poſuit in. d. l. ſciendū vt hodie vidi in lectura ſua originali. ⁊ mirum eſt ꝙ Federi. de ſenis illam diſtinctionē attribuerit Joāni de paiarēſibus cum originaliter fuerit Guil. de cu. Adde etiā ad illos Moder. eundē Bald. in. c. ad audientiā. el. ij. de reſcrip. vbi dicit ꝙ annue pēſiones ꝯnumeranſ inter imobilia ex qbus oritur quaſi vtile dn̄ium penſionū ſeu confeſſoria. allegat. d. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. vnde qui non poteſt alienare nō poterit huiuſmodi penſiones ꝯſtituere. Adde eundē Bal. in. d. l. iubemus. ⁊ in. d. l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. ⁊ Ange. in auč. de nō alienā. §. h igitur. vbi etiā tranſit cum hac diſtinctione videte eundē Bal. in. d. c. i. de feudi cognitio. vbi vltra diſtinctionē Federici dicit aut annua pſtatio ꝯtinet mere pſonale debitū aut reale vel mixtū primo caſu nō computanſ inter imobilia tales reditus q̄ꝛ non cōpetit aliquod poſſeſſorium nec petitoriū. vt in. d. l. fi. quoꝝ bonoꝝ. ſecūdo ⁊ tertio caſu inter imobilia computanſ vt qn̄ iure ſeruicioꝝ impēdunt. l. litibus. ⁊ l. dominij prediorꝫ. ⁊ l. ſi coloni. C. de agri. ⁊ cenſi. lib. xj. ⁊ vlterius allegetis tex. formalē in clemen. exiui de paradiſo. §. cunqꝫ annui redditus. ff. de vbo. ſigni. ⁊ idem dicatis in vſufructu. hoc decidit tex. ſolēnis in. l. fi. in finalibꝰ ver. C. de pſcrip. longi tempo. ⁊ nūc clarū habes intellectum. an reditus annui ex ꝑbenda deben
96 di inter bona imobilia ꝯnumerenſ. ¶ † Nota ibi lꝫ eorū reditus nō modicū fuerint augumētati q̄ꝛ eſt in arg. tex. iſte ſm Bal. ꝙ ꝓ modico incremēto ſtatus rei non dicitur mutari. Tu vide glo. noſtram de iſtis modicis in. c. ſi pro
97 ponēte. J. de reſcrip. ¶ † Nota ibi ꝓpoſitum ꝙ ſm Bal. non eſt neceſſe ꝙ excipiens dicat excipio ſed ſufficit ꝙ dicat ꝓpono vel allego. ⁊ nihil allegat de hoc tantus doc. Ego pōdero iſtum tex. dicētem ex aduerſo fuit ꝓpoſitū. vnde ſi ſubtiliter ꝯſidereſ verbū ꝓpono non cōgruit exceptioni niſi adiūgatur ex aduerſo ꝓpoſui. ⁊ ſi verbis daretur audatia dicerem hoc dictum meū fore purꝫ veritatē ⁊ allego vobis tex. in. c. raynutius declara. in verſi. ex aduerſo tutore dicente de teſta. vbi plus ꝓbat ille tex. ꝙ per verbum dico ꝓponiſ exceptio dūmodo dicaſ ex aduerſo vel ex alio ſimili. ⁊ allego vobis tex. in. c. bone memorie. el. ij. de poſtu. prela. in verſi. ex aduerſo ꝓpoſuerunt. ⁊ tex. in. c. cum dilectus de ꝯſue. in ver. ꝓpoſuit ex aduerſo. ⁊ in c. cum inter canonicos in verſi. ꝓpoſitum ex aduerſo. J. de elec. ergo ſi ſolitarie proferatur verbū propoſuit intelligitur ꝑ actionem ⁊ non ꝑ exceptionē. ⁊ per ꝯn̄s tale verbū cōgruit actori ⁊ nō reo. ⁊ de hoc allego vobis tex. in. c. ex parte. m. mulieris fuit ꝓpoſitum de reſti. ſpol. ⁊ in. c. cum inter in ver. ex pte vr̄a fuit ꝓpoſitum de re iudi. ⁊ in. c. ex pte nr̄a fuit ꝓpoſitum. J. de cōſue. ⁊ in. c. ꝯſtitutus in verſi. ꝓpoſuit. ⁊ in. c. olim ex litteris in verſi. ꝓpoſuit. ⁊ in. c. ex parte decani in verſic. fuit ꝓpoſitum. ⁊ in. c. inter ceteras ꝯſultationes tuas fuit ꝓpoſitum. ⁊ in. c. paſtoralis. §. qm̄ in verſi. ſe habere ꝓponit. J. de reſcrip. Et ꝓ primo mēbro vide etiā elegantē tex. in. c. dilectus filius. i. ſarracenus in verſi. fuit excipiēdo ꝓpoſitum. J. de reſcrip. ⁊ tex. in. c. ex tenore litterarū in ver. abbas ꝓpoſuit ꝙ nō tenebaſ reſpōdere. J. titu. i. vide tex. in. c. expoſuit de dila. in ver. excipiendo ꝓpoſuit. ⁊ in. c. ij. de ordi. cogni. ⁊ in. c. ſignificauit de reſcrip. c. dilectus. el. ij. eo. tit. c. ex parte. b. de foro compe. c. fi. de iudi. c. fi. de lib. obla. ſed ſi ſic videſ mihi dicēdum ꝙ lꝫ nō dicam excipio intentionē tuaꝫ vel excipio ꝯ te ſed ſimpl'r factuꝫ narro. ex quo reſultat exceptio ꝙ ꝑinde hꝫ ac ſi dixiſſem excipio. tex. eſt in. c. dilecti de foro compe. in vſi. tu ꝓpoſuiſti. ⁊ in. c. ex parte. ⁊ in. c. ſin autē de reſcrip. ⁊ iſtud voluit Bart. in. l. i. ff. de excep. ⁊ do. Anto. in. d. c. ex parte. ⁊ in. d. c. ſin autē. Probat etiā iſte text. ſm Bal.
98 † ꝙ allegatio ſtatuti nō diſponētis de ꝓceſſu nō impedit
99 ꝓceſſum qđ dicit eſſe menti tenēdum. ¶ † Nota ibi apoſtolice protectionis preſidio hic enim protectio apoſtolica ponitur pro confirmatione papali. vnde tale ſtatutū fuit auctoritate apoſtolica roboratum. Alibi autem acci
a pitur aliter verbū protectioᵃ. pro quo vide Bart. in ꝓma conſti. ffoꝝ in prin. vbi querit qd importent iſta verba accipio te i protectionē ⁊ refert canoniſtas ſe de hoc expedire dicentes ꝙ ſi quis recipiſ ſub ꝓtectione ⁊ defenſiōe eccleſie nō debet eccleſia eum defendere cū armis ſed eis videtur magis reuerētia q̄ꝫ alteri. vt habeſ in. c. recepimus de priuile. cum glo. ibi poſita. ſed legiſte ſm eum poſſunt probare oppoſitū q̄ꝛ videtur importare defenſionē cum armis. vt eſt tex. ⁊ glo. in. l. deſertorem. §. fi. ff. de re militari. Item pōt probari in. l. i. C. de profeſſoribus ⁊ medicis lib. x. qcqd dicant canoniſte. ſed ſi loquaris in materia cōtractuū de quoꝝ natura eſt iudicialis defenſio. l. fi. C. de actio. emp. cum ſi. vbi aūt nature cōtractus nō repugnat. dicit ꝙ etiā teneſ defendere cū armis qđ dicit eſſe bene not. Ego allego vobis tex. elegātem in. l. i. C. de excuſa. mune. li. x. ⁊ ibi gl. querit quid ſi ſit dictum ꝓtectoribus ⁊ remittit ſe ad glo. in rubrica. C. de domeſticis ⁊ protecto. lib. x. vbi glo. exponit. Protectores illos qui ſtant ad cuſtodiam principis ⁊ ſunt macerij ⁊ alij ſimiles. Et ſubdit bar. in ꝓallegata. l. i. diciſ in capl'is pacis factis cū Archiepō mediolanēſi ꝙ omnia caſtra occupata ꝑ Vbaldinos maneant ſub ꝓtectione ⁊ regimine ipſoꝝ q̄ꝛ ꝓpter illa verba non danſ eis nec per hoc habēt iuriſditionē aliquaꝫ cauſam dicit eſſe in. c. ex parte tua de priuile. benefacit dictuꝫ capi. recepimus. ſed bene habent poteſtatem defendendi de facto cum armis ⁊ militibus ꝙ eſt officium ꝓtectoris

poſſunt etiam

a ¶ Protectio. Adde. l. ſi vero plures. §. pretor ait. ⁊ §. a ꝓtor. ff. de his q deie. vel effu. ⁊ ibi ſcribentes q̄ꝫ pluri mos.

poſſunt etiam defendere in forma iuris. allegat qđ no. in c. ad audientiã de ap. dicit ēt Ang. in. d. l. i. ꝙ ſi lata ſentẽtia quis dicat ſubmitto me ꝓtectioni talis iudicis. qđ vř appellaſſe ad illũ iudicem. alleg. tex. d. c. ad audientiã. dicit etiã ibi idẽ Ang. ꝙ nõ obſtante pacto ⁊ cõfederatiõe inter florentinos ⁊ peruſinos vt altera ꝯ alterã non pſtaret auxilium tñ ciuitas peruſina poterit pſtare auxiliũ nobilibus de petra mala cum ante cõfederationẽ pdictaꝫ illis nobilibus ciuitas peruſina ꝓmiſiſſet ꝓtectionẽ. ⁊ ſic ñ dř venire ꝯ pacta. quod eſt bene no. vide tex. in auc. habita. C. ne filius ꝓ patre. vbi ſcholares ſunt ſub protectione imꝑatoris. dicit ibi Bal. † ꝙ qdam ſunt ſub ꝓtectione vt
100 ſunt ſcholares ⁊ hac rõne ſcholares nõ legitime nati ⁊ đ terris eccleſie pñt legitimri a principe tanꝗ̃ filij ſpẽles qđ dicit eſſe bñ not. Quidã vero ſunt ſine ꝓtectione de qbus ſcribiť nihil ad nos de his q foris ſunt. c. gaudemus đ diuortijs. ij. q. i. c. multi. l. ij. C. de captiuis ⁊ poſtli. reuer. ⁊ vide ēt de hoc verbo ꝓtectio tex. in. c. venerabili de verb. ſig. Et per iſta intelligis tex. iſtum inquantum voluit ſtatutũ fuiſſe protectionis apoſtolice preſidio roboratum.
101 ¶ † Nota ibi ad inſtantiaꝫ[b] diligenter eſſe ponderãduꝫ
b iſtum tex. ſm do. Anto. qꝛ idem eſt dicere ad inſtantiã ꝙ ad petitioneꝫ vel ad preces. qđ dixit eſſe no. qꝛ qñqꝫ in inſtrumentis ⁊ actis iudicialibus diciť ad inſtantiaꝫ talis promiſit Petrus dedit. Petrus ⁊c. Quid ſignificẽt iſta verba ꝙ dicit facere ad multa ſꝫ nihil allegauit tãtus doctoꝛ ⁊ cũ eo tranſit hic diſcipulus eius Jo. de imo. ſola recitatione contentus. Bal. vero hic notat ex iſto tex. ꝙ ois inſtantia diciť ambitio ⁊ nihil allegat. Mihi videť autẽ dicendum ꝙ proprie verbũ inſtantia adaptatur nõ precibus ſimplicibus ſꝫ pcibus ſollicitis ſeu feruẽtibus. Et de hoc allego tex. in cle. qꝛ̃uis de appel. in verbo inſtantem.
102 ¶ Nota ibi cũ vna pbenda vacaſſet † ꝙ vbi aliqui ſũt recepti ad vnam prebendam videnť poſſe agere vt cuilibet ipſorum prouideať integre de prebẽda ⁊ per conſequens ius habẽt agẽdi. ⁊ ſic valet receptio plurium ad vnaꝫ prebendam vacantẽ. ita colligit hic do. Ant. ⁊ ceteri ſequuntur eũ. Bal. vero hic colligit ſuccincte plures ad eandem pbendã eligi poſſe. poſtea vero ſup glo. in ver. duas dicit videť ꝙ vna pbenda non potuerit diuidi. c. maioribus đ preben. ergo hic non potuerũt recipi ad eandẽ prebẽdã. Soluit hic Bal. ꝙ de facto fuerũt recepti hic. vel hic nõ cõſtabat vel de hoc nõ erat lis. vel dicas dicit gl. ſm euꝫ ꝙ recipientes nõ poſſunt allegare ſuã turpitudinẽ. ⁊ per hoc limitať. d. c. maioribus. ⁊ lꝫ hoc ſit notabile ſm eum tñ hic nõ tã turpitudo ꝗ̃ impoſſibilitas erat que per quẽcũqꝫ allegari põt. qꝛ de nullitate quilibet obijcere poteſt. vt in. l. vbi pactũ. C. de tranſ. ⁊ iđ dicit ꝙ hic nõ fuit iuris diuiſio ſed redituum vel culture. vt in. l. gayus. §. i. de leg. ij. bene faciat tex. multum elegans in. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. vel dicit fuit diuiſio tpis puta alternis dieb⁹. ſed quis erat iſte q faciebat hanc allegationẽ rñdet capitulum ſeu receptatores. qꝛ dicebant vos fuiſtis contenti diuiſiõis ergo non poteſtis petere integras prebẽdas. vt in. l. ſi creditores. C. đ pac. l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. l. poſt deciſionẽ. C. de furtis. l. ſiquidem. C. de tranſac. Solutio ſm eum hanc exceptionẽ capitulũ opponere non poterat qꝛ erat iuri contraria. nã lꝫ reperiať media pbenda. i. mediocris. vt. l. qui lancẽ. ff. de auro ⁊ argen. legato. Tamẽ in ſubſtantia nõ poteſt diuidi ſicut nec vſus. l. vſus ps. ff. đ vſu ⁊ habi. qꝛ pbendarius in fine vite ſue efficitur vſuari⁹. ⁊ viuit tanꝗ̃ dominus ſed moritur tanꝗ̃ ſeruus ſola vita contentus. ⁊ ſm hoc intentio capituli fuit facere verã diuiſionem ſed turpiter fecit ⁊ turpitudinẽ patentẽ quis allegare nõ põt cum ei ſit annexa vtilitas vt hic pꝫ. ⁊ ita reſidet tantus doctoꝛ ⁊ in veritate optime loquitur. ⁊ more ſuo. ſed inquantũ ipſe voluit ꝙ iſta fuit diuiſio tẽporis puta alternis diebus voluit ſentire ꝙ vna prebenda põt cõferri duobus vt alternis annis vtanť certe male loquiť ⁊ cõmuniter oẽs tenẽt ꝯ̃rium in. c. tue de prebẽ. ⁊ dictum eius repugnat textui. d. c. tue. ⁊ ꝓ eo poſſꝫ allegari. l. quotiens. ff. de vſufruc. vbi probatur ꝙ vſufructus eſt diuiſibilis. vt voluit glo. iij. in. d. c. tue. ſed ius pbẽde non eſt diuiſibile. nam prebenda vt ibi oẽs doc. firmant non põt diuidi realiter nec temporaliter. vt ꝓbať in. c. maioribus. ⁊ in c. dilecto. ⁊ in. c. vacante. ⁊ in. d. c. tue de preb. ergo ſeqtur ꝙ iſta pbẽda poſito ꝙ fuiſſet diuiſa. non tñ potuit diuidi reſpectu tpis vt alternis diebus ſeu alternis annis pbẽdati vtanť ea. ⁊ ſic cũ honorificẽtia do. Bal. dixeri ꝙ dormitauit ingeniũ eius circa hoc. ⁊ ꝓ certo iſte tex. in hoc ver. ad vnã turbauit ſpiritus maiorũ noſtroꝝ ⁊ varie loquuti ſunt ſup iſto tex. deus ſcit ſi alicui eoꝝ reuelauit veritatẽ do. Ant. in ſuo elegãti cõmento huius. c. arguit ꝯtra iſtũ tex. vꝫ iſtud eſt ꝯ ꝯſilium turonẽſe inhibẽs ſectionẽ prebẽdarũ. de quo cõſi. loqtur tex. i. d. c. maioribus. ⁊ in. d. c. dilecto. ⁊ in. d. c. vacante. ⁊ in. d. c. de tute. glo. vero iſta hoc ꝯ̃riũ ſentiens dicit ſi hic eẽt talis receptio nõ valebat. c. maioribus. ⁊. d. c. tue. qꝛ ſi velit ſentire glo. ꝙ nõ fuit probatum ⁊ ad vnã ⁊ eandẽ pbẽdam fuiſſent aſſumpti duo qꝛ ſi ita fuiſſet talis receptio nõ valuiſſet tanꝗ̃ facta ꝯ cõciliũ turonẽſe. ⁊ ſic ſentit ꝙ nõ ſufficit allegare ſed neceſſe eſt ꝓbare. de quo per glo. in. l. i. in prin. in ver. dicať ⁊ prohiť. ff. ſi quadrupes pauperiẽ feciſ. dicať. ⁊ in. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. coꝛuꝫ. ⁊ in. c. nõ eſt de conſue. lib. vi. ⁊ iſta eſt vna ſo. ad. d. c. maioribus. Scđo glo. dat ſecũdam ſolutionẽ ꝙ capl'm nõ poterat allegare hoc qꝛ allegaſſet ſuam turpitudinem dicẽdo ꝙ ꝯ cõciliũ turonẽſe contulit vnã pbendã duobus. Poſtea vero glo. iſta dat tertiaꝫ ſolutionẽ. vt apparebit ibi. ⁊ dic ee. i. ea vacante duo fuerũt recepti non ad eandẽ prebendã. ⁊ certe iſta ſolutio ſatis videť impropriare tex. iſtũ. ⁊ lꝫ quaſi oẽs teneant hic hãc tertiã ſolutionẽ. ego cõfundo vobis eam. ⁊ allego iſtum tex. met. nam dicit cũ vna prebenda vacaſſet ad eam ſunt aſſumpti. poſtea dicit tex. donec duo primi eſſent pbẽdas integre aſſecuti. que verba ego cõiungo cũ tex. ad. c. dilecto. ⁊. d. c. vacãte de pben. in qbus clare ꝓbať ꝙ ad eãdeꝫ prebendã fuerũt aſſumpti ⁊ nullus eoꝝ habebat integrã pbendã. ⁊ iđ tex. dicit donec eſſent prebẽdas integre aſſecuti quaſi velit dicere ꝙ quilibet illoꝝ duoꝝ hẽbat dimidiã ꝓbẽdã. ⁊ ꝑ ꝯñs iſta tertia ſolutio cõfundiť per iſtum tex. lꝫ ſit approbata ꝑ magnos iuriſ doctores. ſupuenit fundamentum iuris qui fuit Jo. an. vt Bal. ſermone vtar in. c. cũ olim de re iudi. ⁊ dedit quartam ſolutionem exponendo tex. ad eam. ſ. eccleſiam. ⁊ lꝫ nullus ſcribentium auſus fuerit reprobare hanc ſol. Jo. an. ego dico vobis ꝙ ẽ extranea ⁊ aliena ab iſto tex. nam tex. dicit cũ vna pbenda vacaſſet in eadem eccleſia ad eam ſunt aſſumpti ⁊c. nam illud pronomen eam eſt ꝓnomen relatiuum referť ad an-
c tecedens[c] ⁊ ſic relatiuum requirit antecedens. ita ſingul'r colligitur ex tex. §. ſi. in auc. de filijs ante dotalia inſtrumẽta natis. ita illum tex. ad hoc allegauit pro ſing. do. Bal. in vltima col. in rub. ꝯ. de reſcrip. vnde congruentius eſt vt dicamus ꝙ relatiuũ referatur ad antecedens ⁊ nõ referatur ad correlatiuũ. ⁊ per ꝯñs Jo. an. euitare volens cõtrariũ de cõcilio turonẽſi deuenit ad impropriationẽ tex. Sed do. Ant. pro expeditione huius paſſus notat. v. ca-
103 ſus qñqꝫ fit receptio duorũ canonicoꝝ ſimpl'r vna pbẽda vacãte ⁊ valet talis receptio ſed ambo nõ hẽbunt pbendam. ſed ille q primo fuit receptus ⁊ ſi de prioritate receptionis dubiteť erit locus gratificationi capituli ꝑ tex. c. pen. de reſcrip. li. vi. ⁊ alibi ꝓuidebiť de ſuperexcreſcentibus fructibus. ⁊ ita poſſet ꝓcedere iſte tex. ſed violat litte-
104 ram. † Scđs caſus eſt qñ duo recipiunť vna pbenda vacãte ⁊ formaliter recipiunť. tñ diuerſis actibus ⁊ diuerſa cõceptione verborum fit receptio exemplũ qꝛ dicunt recipimus vos in canonicos ⁊ aſſignamus vobis talem pbendam vacantem. tũc valet receptio ad canonicatũ. ſꝫ nõ vꝫ aſſignatio pbende. vni aũt ex ipſis erit cõferẽda pbẽda ⁊ alij erit ꝓuidẽdũ de fructibus ſupexcreſcẽtibus. ⁊ hoc modo põt intelligi iſte tex. nec violatur littera in ver. ad eaꝫ.

b ¶ Ad inſtãtiam. Vid. ꝓ declaratõe iſtius no. Fely. h in. ij. col. cu camer. ver. no. ſecũdo idem de verbo ad verbũ referentem limitat tñ tex. intelligi de pcib⁹ iuſtis ⁊ ſpiritualibus. ⁊ adducit gl. in c. tuã de eta. ⁊ quali. ⁊. c. ſũt nonnulli. i. q. i. ⁊ beatũ Thomam. ſa ſe. q. c. arti. v. ad ſi. ⁊ ꝗ̃plurima alia iura. ⁊ docto. q̃ qꝛ leuia ꝑ te videas.

c ¶ Relatiuũ quotuplex ante relatiuũ ſit ⁊ qd. vid bar. in. l. ſi titius đ leg. i. ⁊ qd importet. vid eũdẽ in. l. i. in articulo pñcipali de ꝯdi. ⁊ de mõ. ⁊ ꝙ regulariter debeat ꝯcordari cum ſuo antecedẽte. vide. d. Ab. in. c. ego. de iureiu. quo autẽ ponať qñqꝫ demõſtratiue reſtrictiue ⁊ qđ debeat vt plurimum relatio fieri ad ꝓxima vide Bal. i ſingularibus ſuis i hac dictio. et vid. d. Bar. loc. in. l. ſtichũ de leg. i. nu. i. car. xx. ⁊ in. l. vnũ ſi cer. pe. nume. ſ. cã. xx. ⁊ vide. d. Jaſ. may. in. §. omniũ nume. xxiiij. car. vij.

105 ❡ †Tertius caſus ē qñ fuit facta receptio pluriū ad vnā
vacantē ſub eadem forma verborum ⁊ eodē cōtextu ani
a mo ſcindendi[a] eam. qꝛ dicunt recipimus vos ad talē pre
bendam vacantē. ⁊ tunc non valet talis repetitio. d. c. ma
106 ioribus. d. c. tue. ⁊ d. c. dilecto. ❡ †Quartus caſus eſt qñ
receperunt duos ad eandē prebēdā ſub eadē cōceptione
verborū nō aīo ſcindēdi ſed aīo ꝯſtituendi duas. ⁊ tunc ſi
fructus illius prebende ſufficiūt duobus vȝ receptio dum
modo in illa diuiſione interueniāt illa q̄ notāt doc. in. d. c.
vacante et hoc mō pōt ſm eū intelligi iſte tex. ❡ †Quin
107 tus caſus eſt qñ ſit receptio ⁊ aſſignatio in forma dicta
aīo diuidendi ſed reditus non ſufficiunt ꝓ duobus. ⁊ tunc
vȝ receptio ⁊ aſſignatio ſed ꝑ receptos agi pōt ad itegra
tionē. ita pōt intelligi ēt tex. iſte qꝛ reintegrabuntur p̄bē
de de ſupexcreſcētibus fructibus. vt in. d. c. vacāte. In du
bio aūt aīo ſcindendi prebēdā an animo conſtituendi de
vna duas receperint duos dicit do. Anto. fore interp̄tan
dū ꝙ animo faciendi duas prebēdas receperint duos vt
res potius valeat q̄ȝ pereat. c. abbate de ver. ſig. l. quotiẽs.
ff. de reb. dub. cum ſimi. Et ſm hunc vltimū caſum poteſt
intelligi iſte tex. ꝙ duo ſunt recepti ad prebēdam vacātē
ſub eadem cōceptione verborum ⁊ vnico cōtex. ideo pa
pa mandat dictis quatuor canonicis aſſignari fructus ſu
perexcreſcentes ⁊ reintegrabunẗ iſte due ⁊ noue fiēt illis
qui nullaȝ habebāt. nam ſi diceremus alteri ex iſtis cano
nicis collatam fuiſſe integrā prebendam ſm primos ca
ſus ſuperius datos papa non mandaret oībus quatuor.
ſed tribus tm̄ fructus ſupexcreſcentes dari idē ēt ſi ſeque
remur quartum caſum vbi duo fuerāt adepti duas ſuffici
entes. qꝛ tūc mādaret duobus tm̄ dari. ⁊ ita melius locu
tus eſt dñs Ant. hic q̄ȝ aliquis alius. nec ego miror qꝛ ex
quo repetijt. c. iſtud vr̄ maturius ⁊ cū diligenti delibera
tione loqui ⁊ cū doctrina ſua hic tanſiuit do. meus Ioā.
de imo. nō tm̄ ita clare locutus eſt. vt ego ſuperius vobis
rettuli. ſed elegans doc. do. Abb. hic referens dictum do.
Ant. volētis ꝙ in dubio preſumiẗ animus de vna prebē
da conſtituendi duas ſi reditus talis prebende ſufficiant
ad duos. dicit ipſe ꝙ hec ſolutio poſſet tollerari qñ exp̄ſ
ſe ſit diuiſio prebēde. ſecus aūt qñ ſit tacite qꝛ cū preben
da cōſiſtat in rebus corporalibus oportet ꝙ interueniat
diuiſio actualis. iō non ſufficit animus lȝ ſecus ſit in cano
nicatibus. vt no. Inno. in. c. maioribus de preben. ⁊ tene
ergo ſm eum primā ſolutionē vel tertiā ſeu quartā. ⁊ ita
tantus doctor quieuit in hoc paſſu. †Primo pro clario
108 ri intelligētia huius tex. eſt videndum que ſint illa requi
ſita qñ capitulum vult facere de vna prebenda duas ⁊ q
dem quatuor ſunt. primum eſt ꝙ interueniat intentio re
cipientiū ad faciēdum duas prebendas ⁊ ad creandum
duo iura ⁊ ad augumētandum numerum prebendaruȝ.
hoc ꝓbatur in. d. c. vacante. ſcōm eſt qđ fiat de cōi ſenſu il
lorū ad quos ſpectat ⁊ ſic dyoceſani ⁊ capituli. arg. eorū
que hn̄tur in. c. i. ĩ. de rebus eccle. non alie. tertium eſt ꝙ ſi
at ex cā rōnabili. ita dixit tex. in. c. vacāte. quartum ē ꝙ fa
cultates ſufficiant ꝓ duabus. Et ēt innuit tex. d. c. vacante
ꝙ aliquod iſtoꝝ deficiat nō valebit diuiſio p̄bende. ita fir
mat Hoſt. in. d. c. vacāte. Modo vero ē apienda via fer
109 ro vtrū intellectus do. Anto. †ſit verus vȝ inquātū voluit
ꝙ in dubio p̄ſumiẗ animus recipientium duos ad eandē
p̄bendam conſtituendi duas ex vna. Et equidem eſt vidē
dum vtrū hoc dictum poſſit cōgruere huic textui noſtro.
Scđo dato ꝙ non congruat vtrum in ſe ſit verus. Et an
te omnia dico vobis ꝙ dictum eius nō fuit ſuū cū reuerē
tia tn̄ ſemper loquor fuit luminare inter Modernos illō
dictum fuit Hoſtiē. ⁊ mirum eſt ꝙ moderni hic attribue
rint do. Anto. cum exploratum fuerit ab Ho. ⁊ indubitā
ter intellectus ille non eſt verum ⁊ contra eum dico fore
caſum apertum in. d. c. vacante in ver. duas ex ea cōſtitu
ens. ⁊ in verſi. niſi de ſupradicta prebenda due fuerint cō
ſtitute. qui tex. ponit in ꝓfundum dictum Hoſt. ⁊ do. An
to. nam tex. ille probat ꝙ ad hoc vt receptio duorum va
leat ad vnicā prebendam facta ꝙ prius due prebēde fue
rint conſtitute de vna. Et pondera dictionem illaȝ niſi cō
iuncta doctrina Cy. ⁊ aliorum in. l. actione. C. de trāſac.
Cum ergo non fuerint cōſtitute due prebende de vna cō
currentibus quatuor ſuperius per me relatis. ergo ſequi
tur ꝙ nunq̄ȝ talis receptio tȝ. qꝛ non ſolum requiriẗ aius
faciendi de vna prebenda duas. ſed reqriẗ ipſa cōſtitutio
⁊ eſt ſubtiliter pōderandus tex. ille. qꝛ cū emanauerit ad
reſtringendū cōcilium generale dicti. c. maioribus ſequi
tur ꝙ ſtricte erit intelligendū in caſu in quo loqtur. l. quic
quid aſtringende. ff. de ver. oblig. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſo.
ma. Et ſi mihi dicaẗ amice Hoſt. hoc cōſiderauit. expoſu
it enim tex. illum in ver. conſtituens. i. cōſtituere intendēs
qꝛ ad hoc reſpondeo vobis. primo illa eſt importatio ad
illum tex. ⁊ longe aliena a mente legiſlatoris. ſcđo cōuin
co eum ex illo tex. dum dicit niſi fuerint cōſtitute. ⁊ ſic loq
tur ꝑ verba importātia effectū cōpletum. ⁊ iō ſomniuȝ eſt
ita expoſuiſſe tex. illum. ⁊ iō do. Pe. de anch. in. d. c. vacā
110 te dicit †plures canonici eliguntur ad vnāȝ prebendam
vacantem dicendo eligimus vos ad vnā prebēdaȝ ꝙ nō
valet talis electio ſi illa prebenda prius in duas nō fuerit
diuiſa ergo ⁊c. Quinimo ex dicto Hoſti. c. maioribus. c.
tue. ⁊. c. dilecto de preben. de parum ⁊ nihilo nobis ſerui
rent. qꝛ in dubio dȝ fieri interp̄tatio vt gerens actū videa
tur velle illum valere. afflictio enim eſt agētis facere actū
nullum. l. ſenatus. ff. de ꝯhen. emp. l. nemo martires. C. de
ſacroſan. ec. vn̄ fieret interpretatio vt actus eſſet validus
arg. l. iij. ff. de teſta. mili. vnde ſemper in dubio viderentur
duo recepti ad vnam prebendam animo conſtituendi de
vna duas qđ ē cōtra iura p̄allegata. ⁊ per ꝯñs dictū Ho
ſti. ⁊ do. Anto. non eſt verum in ſe ꝙ aūt non ꝓbeẗ in iſto
tex. aperiam vobis examinando ſolutiōes datas heri ad
glo. iſtam. Et pondero tex. in. c. tue preallegato. vbi diciẗ
ꝙ electio duorū ad vnam prebendam eſt penitus caſſan
da. ergo ſeqtur ꝙ multofortius aſſumptio. ſed in caſu hu
ius. c. diciẗ duos ad eam. ſ. prebendam receperūt. poſtea
dicit tex. donec duo primi p̄bendas eſſent integre aſſecu
ti. qui tex. probat ꝙ non fuerunt facte due p̄bende de vna
ſi ita eſſet non dixiſſet tex. ꝙ alij deberēt expectare donec
illi duo haberent integras prebēdas. nec probat iſte tex.
ꝙ iſti receptatores habuerunt animū cōſtituendi de vna
prebenda duas. qꝛ tex. dicit donec integre prebendas cō
ſequerentur. ⁊ per ꝯñs illa prima prebenda non fuit ibi
viſa vt de ea eſſent due. ⁊ ſic intellectus do. Ant. ex toto ē
cōtra iſtū tex. Et ſi mihi dicatur quomodo ergo proceſſit
iſta receptio contra diſpoſitionē conſilij generalis glo. il
la dedit primā ſolutionē ꝙ hoc non fuit probatum ſalua
ſua reuerentia. imo tex. hoc exprimit hic duȝ dicit ad vnā
fuerunt recepti donec haberēt integras p̄bēdaſ. ita ex ad
uerſo capitulum ꝓpoſuit ⁊ per conſequens excepit ꝙ cō
tra diſpōnē concilij generalis fuit facta talis receptio. ⁊
ꝑ ꝯñs fuit nulla talis receptio. †Nam nulla ꝓbatio ē ve
111 rior illa que reſultat ex confeſſione. c. ꝑ tuas de proba. l.
generaliter. C. de nō nume. pec. ergo nō eſt verū dicere ꝙ
non fuit probata receptio contra concilium generale. nec
etiā valet ſecūda ſolutio data per glo. dum dicit ꝙ iſti de
capitulo non poterant allegare talem receptionem fuiſſe
factam contra concilium generale. qꝛ allegarent ſuā tur
b pitudinē[b]. qꝛ ad hoc rn̄deo iſti de capitulo excipiebant vt
apparet ex tex. in verſi. ex aduerſo ꝓpoſitum. ⁊ ſuperius
dixi. ſed ego habeo ſigulare dictum Gof. in. c. inter dile
ctos de dona. vbi dixit ꝙ qs excipiendo pōt allegare ſuā
turpitudinē. ⁊ lȝ aliqui mordeant dictū illud Gof. tn̄ Io.
an. and. ibi ſaluauit illud qñ exceptio nullitatis eēt exclu
ſiua iuris agentis. qꝛ tunc quis poſſet excipiendo allega
re ſuam turpitudinem. Et ego dico vobis ꝙ illud dictuȝ
Goffre. non eſt cōiter intellectum. vnde Bar. in. l. iuſiurā
duȝ. §. procurator. ff. de iureiuran. dixit† ꝙ poteſt quis al
112 legare ſuam turpitudinē excipiendo ꝯ participē turpitu
dinis. ⁊ iſte eſt verus intellectus ad dictum Goffredi.

Cū ergo

a ❡ Aio ſcindēdi. Adde ꝓ reſolutiōe huius no. materie tex. c. tua ð preb. ⁊ Inno. in alleg. c. maioribus eo. ti.

b ❡ Suā turpitudinē. Qđ autem nemini turpitudinem ſuā allegare liceat. vide tex. .l. trāſactiōe finita. C. de trāſ. cū ſimili. ⁊ ibi ſcribētes. ⁊ vide Bar. ēt i. l. i. de ꝯdi. ob turpē cām. ⁊ i. l. i. de tutela. C. ð in integ. reſti. ⁊ plene i. l. iuſiurandū qđ ex ꝯuentiōe. §. ꝓcurator. de va. iu. ⁊ vide plenius Fely. i. c. lator in princ. ð re iu. vbi ponit quāplures fallentias.

Cum ergo in caſu noſtro iſti de capitulo excipiebāt ꝯtra
illos agētes pticipes illius turpitudinis. ergo nō eſt vex
dictum gl. ꝙ iſti nō potuerūt allegare ſuam turpitudinē.
faciat ēt gl. in. d. c. inter dilectos que voluit ꝙ quis fauo
re eccleſie poſſit allegare ſuam turpitudinē. cū ergo in ca
ſu iſto fauor eſſet eccleſie vt nō fieret ſectio pbēde. vt i. d.
c. maioribus. ſeqtur ꝙ iſti receptatores potuerunt allega
re nullitatē huius ſectiōis. ⁊ p ꝯñs ſolutio ſcōa huius gl.
eſt reprehēſione digna. Quinimo ēt pondero aliud qꝛ ſu
pior ex officio ſuo debuiſſet opponere. ⁊ de hoc allego vo
bis ſingu. glo. in. c. nulli de accu. vbi lꝫ accuſatus nō poſ
ſit excipe contra teſtes ex eo. qꝛ allegaret ſuā turpitudinē.
nihilominus iudex ex ſuo officio pōt opponere. Nec etiaꝫ
tertia ſolutio data p iſtā glo. pōt ꝑcedere cum dixit dic ea
. ſ. ea vacante elegerūt duos ſimpliciter in canonicos. qꝛ
ſolutio iſta formaliter eſt contra iſtum tex. in verſi. donec
duo eſſent pbendas integre aſſecuti. ꝑbat enim ꝙ prebē
das hēbant ſed non integras. ergo non eſt verum ꝙ non
fuerunt recepti ad pbendam. Nec ē vera etiaꝫ quarta ſo
lutio data p Jo. an. vt ſuperiuſ ego ad oculum demōſtra
ui. Nec fuit vera quinta ſolutio data p do. Ant. que fuit
Hoſtien. vt ſuperius rettuli. nec dictuꝫ do. Ant. in ſe ē ve
rum. vt ſuperius eſt oſtenſum. Quid ergo erit dicendum
ad iſtum tex. qui turbauit ſpūs maiorū noſtrox poſſet di
ci ꝙ iſta receptio fuit de facto ⁊ de ea non erat lis nec qō
⁊ rōnem demonſtro iudicio meo veriſſimaꝫ ꝙ ſuper illa
receptione non erat lis ex eo. qꝛ res reducta fuerat ad tē
pus quo actus poterat valere. qꝛ cuꝫ illud ē ſtatutū capi
tuli cōfirmatū a papa reſtrictiuū numeri canonicorum ⁊
pbēdarum introductū ꝯ antiquā cōſuetudinē eccleſie re
cipiebat interpretationē ⁊ reſtrictionē niſi redditus eccle
ſie augumētarenꝫ. vt ꝑbat tex. iſte in ver. niſi in tm̄ excre
uerint eccleſie facultates ꝙ ꝑ pluribꝰ poſſent ſufficere cō
petenter. ideo in caſu huius capituli cū fuiſſent augumē
tati redditus eccleſie qui ſufficiebant ꝑ pluribus. ⁊ etiam
qꝛ res reducebatur ad ſuam priſtinam naturam. ⁊ ad an
tiquam conſuetudinem eccleſie. c. ab exordio. xxxv. diſt. l.
ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſi. quod in ſpecie. ff. d pac.
ideo vr ꝙ non erat inſiſtendū an receptio ad vnam pben
dam facta de duobus canonicis valeret an ne cū res de
ducta erat ad finē in quo poterat omnibus ꝑuideri de p
benda ꝑpter ſuperexcreſcentiā redituuꝫ eccleſie. ⁊ iō ſup
tali exceptione nulla erat qō qꝛ nō erat opus. ⁊ ſm iſtuꝫ
intellectum res eſt ſine nodo ⁊ ſcrupulo. ⁊ p ꝯñs non eſt
inſiſtendū in tantis ſolutionibus ⁊ diſceptatōibus ſcribē
tiū. vel ēt pondera qꝛ aliter poſſet ad iſtū tex. dari intelle
ctus. ⁊ cōſidero ꝙ non erat verū ꝙ ad vnā prebendā fuiſ
ſent recepti duo. ⁊ hoc oſtēdo vobis ex tex. uā in pncipio
agētes illi ꝑpoſuerant ſe fuiſſe receptos in canonicos nul
lis aſſignatis prebēdis eiſdē. ⁊ ſic libellarunt ſe fore rece
ptos ſine aſſignatiōe pbēde ex aduerſo fuit oppoſita exce
ptio p caplm. ꝙ imo duobus ex eis fuerat aſſignata vna
pben. ⁊ alij duo fuerant recepti cū hac ꝑteſta. ꝙ de cano
nica nihil pciperent donec duo primi eſſent integre pben
das aſſecuti. Modo illa ſunt verba narratiua ptium liti
gantiū. quo caſu reſultat ſing. doctr. tradita p glo. in. l. i.
C. qñ nō petentiuꝫ partes. que voluit ꝙ verba narratiua
ptiuꝫ appoſita in lege nō diſponūt. ⁊ iſtud voluit Jo. an.
in. c. dilecto de prebē. ⁊ ideo pulchre dicebat Guil. d mō
te laudino in cle. i. §. preſentatos de exceſ. prel. † ꝙ oēs cō
u3 ſtitutiones clemētinarum ſunt deciſorie. ſecus dicit in cō
pillatione gregoriana vbi pluries factū recitaꝫ ꝙ dictuꝫ
do. Car. in preallegato. §. preſentatos. dicit eſſe bene no.
ad multa. Cū ergo in ꝑpoſito noſtro illa ſint verba ptis
⁊ appoſita in narratiōe ⁊ nō in deciſione. qnimmo agen
tes negabāt ſe receptos ad pbēdam. ergo non eſt verū ꝙ
tex. iſte ꝑbet ꝙ receptio duorū canonicox facta fuerit ad
vnā prebendam cōtra ꝯciliū turonēſe. ⁊ p ꝯñs prima ſo
lutio data p glo. iſtam eſt veriſſima ⁊ firma vt in firma pe
tra inquantū dixit ꝙ hic nō fuit probata receptio duorū
canonicox ad vnicam pbēdā. ⁊ iſta cōſideratio mea ap
ponit ſilentiū ad ora oium qui vſqꝫ ad iſta ſecula ſcripſe
runt ſup iſto ca. ⁊ res erit ſine ſcrupulo Jheſus xp̄s cle
mentiſſimus pater futuri ſeculi de cuius plenitudine ſm
apoſtoluꝫ omnes accepimus laudetur in ſecula. ¶ † No
u4 ta ibi ad preces epi ⁊ ad inſtantiam quorūdam qꝛ pmo
conſidero illud quod dixit do. Anto. vt ſuperius rettuli i
ver. ad inſtantiā ꝙ ad petitionē vel ad pces ſalua reuerē
tia ſua iſte tex. aliter probat. dicit enim ad inſtantiā quo
rundam ⁊ pces epiſcopi. ergo nō eſt idem dicere ad iſtā
tiam ⁊ ad pces qꝛ ſupfluo videreꝫ papa hic appoſuiſſe il
la duo verba idē importantia. qō nō eſt dicēdū. c. ſi roma
nox. xix. diſt. ⁊ iō differunt iſta. ſ. preces ⁊ inſtantia genē
ralius. n. ſe habens preces qꝫ ſe habeat inſtātia. infert. n.
quandam qualitatem ad preces ⁊ ad petitionem. Eſt. n.
quedam accurata petitio. ⁊ lꝫ ſupius allegaueriꝫ vobis
tex. in cle. qꝛuis de appel. Nunc vero allego vobis tex. au
reis litteris ſcribeñ. ad hoc in. c. cum inter. r. ſeniorem in
verſi. cū inſtantia poſtulantē. J. de ele. tene mēti perpetuo.
Et ex iſto tex. collige ꝙ inſtantes pces ꝑ obtinēdo benefi
cio nō inducūt ſymoniam qꝛ ad pces epi iſte. M. ⁊ alij
fuerunt recepti in canonicos. ⁊ ēt dici: ꝙ ad inſtātiā quo
rundam duo alij fuerunt recepti ⁊ ē pulchra ⁊ ſolēnis inue
ſtigatio iſta ſi preces ad beneficiuꝫ obtinendum inducāt
ſymoniam. de quo eſt glo. ix. q. i. c. moyſes amicus dei. ⁊
q. ij. in ſūma. ⁊ in. c. ordinatiōes. ⁊ in. c. ſunt nōnulli. i. q. i.
⁊ in. c. tuam de eta. ⁊ quali. ⁊ ibi late per Jnno. ⁊ latius
per Hoſt. in ſūma de ſymo. §. qualiter cōmittaꝫ ſub. §. lin
gua. Et quidem Jnno. in. d. c. tuā recitatis opinionibus
ꝯrijs de quibus ibi in gl. dicit forte melius poſſet dici ꝙ
ſine diſtinctione preces nō inducūt ſymoniam. vnde dicit
ꝙ ſiue pro ſe ſiue pro alio quis roget electores ſiue alios
c quoſcūqꝫ ſiue pro digno[c] ſiue pro indigno ſiue in dignita
te ſiue in beneficio ſimplici tm̄ taliter ꝑmotus non diceꝫ ſy
moniace bñficiū habuiſſe lꝫ pcans iniuſte precetur niſi fa
ceret hoc animo ſe obligandi ex precibus admiſſis p col
latorem vel habens animū exonerāre ipſum collatorem
ab aliquo ſeruitio vel debito quo ei tenebatur. tunc enim
cēt ſymoniacum cum in talibus ideꝫ eſt remittere ⁊ dare
c. veniens de teſtibus etiam ſi remittatur obligatio natu
ralis qua quis tenebatur ad antidora. allegat. l. ſed ſi le
ge. §. conſuluit. ff. de peti. here. i. q. i. c. ſi q ſunt de ſymonia
c. querelam. ⁊ eſt rō predictorū ſm Jnno. qꝛ ad hoc ꝙ cō
mittaꝫ ſymonia oportet ꝙ interueniat munus. i. q. i. c. ſūt
nōnulli. tales aūt preces frequētius interponūtur nō pro
munere. ſed pro cōſilio lꝫ ſepe iniuſto vel inhoneſto. vnde
nō videꝫ eſſe ſymonia vt promotus ad preces alterius te
neaꝫ reſignare beneficiū. ſed ſi licite preces porrecte ſunt
qꝛ porrigens peccauit aliter puniatur. c. ſi. de ſymo. ⁊ licꝫ
Jnno. recitat aliam opi. ibi tm̄ iſtam approbare videꝫ. ⁊
ſm do. Cardi. ibi hec eſt veritas ꝙ preces inquantum p
ces vel inquantū naturam pciuꝫ non excedunt in aliqua
obligatione nō inducūt ſymoniam cum ſymonia cōmit
taꝫ ex munere ꝑmittēdo vel remittendo. vt. i. q. i. c. ſūt nō
nulli. qui aūt precaꝫ nihil tribuit vel remittit. ſed tantum
verba exponit. iuxta illud Ouidij pdere verba leue eſt. vt
not. glo. i. q. i. c. quibuſdam que hoc idem tenet. ſed. d. An
to. in. d. c. tuaꝫ dicit ſi ꝯſtat ꝙ preces nō ſunt porrecte ani
mo obligandi. ⁊ tūc nō cōmittꝫ ſymonia aut ꝯſtat ꝙ ſūt
porrecte aio obligādi. ⁊ tūc inducūt ſymoniam aut ē du
biū. ⁊ tūc ſi ſūt porrecte ꝑ indigno. tunc cenſenꝫ pces vio
lente ⁊ pſumuntur porrecte aio obligādi. ⁊ tunc cōmitti
tur ſymonia. aut porrecte ſunt ꝑ digno. ⁊ tunc nō cenſenꝫ
violēte nec aio obligādi porrecte. ſꝫ pſumūꝫ porrecte ad
excitandū animū ſuperioris. vbi aūt eſſent porrecte ꝑ di
gno ſed ad excludendum magis dignuꝫ adhuc preſume
rētur violente ⁊ animo obligandi. ⁊ tunc inducūt ſymo
niā. opi. tm̄ pcedens Jnno. vr verior cum hec preſumptio
de qua loquitur do. Ant. nullo iure fundeꝫ ⁊ pcedens opi
nio clarius ꝑfortificabitur adhuc ex infra dicēdis. ¶ Nec

c ¶ Pro digno. Adde p iſta. q. notabilr oēs fere ſcribētes i. c. tua noſ de ſymo. ⁊ vid Panor. in. c. p ingſſiōem de elec in. ij. colū. in fi. ⁊ qñ preces ſint licite. vide glo. no. ⁊ doc. in. c. tuam de eta. ⁊ qual. ⁊ Panor. allegato loco. S.

obſtat illud.c.nõnulli.i.q.i.per quod videtur probari ꝙ
qui mouet̃ ꝑꝑ preces mercari vr̃ vt cõſequat̃ humanũ fa
uorẽ ⁊ p̃ces ille ſymoniã inducũt.q2 dicit do.Car.in.d.c.
tuã.ꝙ lʒ talis motus ad p̃ces nõ bñ faciat ⁊ ẽt is qui pre-
cat̃.tñ cũ hoc ſtat ꝙ nõ inducat̃ ſymonia.q2 ſi hac rõe di
ceremus ꝙ preces inducerent ſymoniã ſequeret̃ ꝙ ẽt pre
ces ꝓ digno porrecte inducerẽt ſymoniã q2 ſi preces ſucce
dũt loco p̃cij vel muneris ⁊ preciũ vel munus ẽt ꝓ digno
inducit ſymoniam.vt in.d.c.ſunt nõnulli.ergo idẽ opera
buntur preces.vnde circa hoc indiſtincte eſt tenendũ ſm
eum ꝙ preces non inducunt ſymoniam lʒ aliqñ ſint illici
te.do.Pe.de ancha.in.d.c.tuam.recitata opinio.Inno.
credit poſſe ſic dici ꝙ q̃uis ille qui iniuſte rogat ſit ſymo
niacus.vt in.c.tua de ſymo.nõ tñ ille qui rogatus confert
beneficiũ ẽt ſi ſequat̃ preces iniuſtas quo caſu promotus
taliter forte nõ tenet̃ renũciare niſi in ꝓmotione exprime
ret ſe ꝓpter huiuſmodi p̃ces ꝓmouere.⁊ ita reſidet.d.pe.
Certe.d.c.tua in ver.ex preces humiles emiſſe a digno.
vñ loquit̃ ille tex.qñ iuſte preces porrecte ſunt a digno.⁊
ſic nõ loqtur eo caſu quo quis rogat ꝓ alio.Bal.hic col-
ligit ſup iſto verſi.ꝙ preces nõ inducũt ſymoniam ſed in
tentio allegat Inno.do.Abb.hic leuiter tranſit allegan-
do glo.in.d.c.tuam iudicio meo paſſus eſt difficilis ⁊ vi
115 det̃ mihi tenẽda opi.do.Anto.† ꝙ vbicũqʒ non apparet
an ſint porrecte ꝓ digno an ꝓ indigno ꝙ tũc cenſeant̃ vio
lente ⁊ animo obligãdi porrecte.⁊ per ꝯñs cõmittat̃ ſy-
monia.Et ad hoc allego tex.in.c.ordinationes in verſi.p̃
cio vel p̃cibus vel obſequio.Et qui taliter ordinant̃ non
a per hoſtiũ.i.xp̃m intrant.ſed fures ſunt ⁊ latrões.i.q.i.[a]
116 † vbi tripliciter cõmittitur ſymonia vʒ precio p̃ce aut ob-
ſequio.quo caſu colligo ex illo tex.ꝙ porrigere preces ꝓ
officio obtinendo eſt ſpẽs ſymonie.⁊ cõiũgo tex.in.c.qui
buſdaʒ in verſi.niſi cum quem iuſte actionis qualitas ad
ad hoc dignuʒ eſſe mõſtrauerit.i.q.i.vnde ex illis iurib⁹
ſimul iunctis colligo regulam † ꝙ porrectio p̃cum regu-
117 lariter inducit ſymoniam niſi porrecte fuerint pro eo quẽ
probatum fuerit eſſe bone ⁊ digne vite.vbicũqʒ ergo nõ
ꝯſtat ꝙ nõ ẽ bone vite vel male vite ſeqtur ꝙ in dubio ſta
bimus regule vt porrectio precuʒ facta pro alio inducat
ſymoniam.Quinimo dico vobis ꝙ lʒ quilibet preſumat̃
bonus.c.eſtote miſericordes.J.de reg.iur.⁊.l.merito.ff.ꝓ
ſocio cum ſimi.tñ in porrectione p̃cum requiritur ꝙ pro-
bet̃ ꝙ ille pro quo porrigunt̃ ſit bone vite.vt ꝓbat tex.d.
c.quibuſdam.⁊ eſt ratio vt dixi.q2 regulariter porrigere
preces ꝓ obtinendis ordinibus vel pro ſequendis benefi
cijs eſt ſpẽs ſymonie.tene menti.q2 iudicio meo cõfundit
opi.Inno.do.Car.⁊ ſequatium.Preterea allego tex.in
d.c.nõnulli.⁊ aliter induco q̃ʒ inducebat̃ per do.Ant.nã
tex.ille allegat Yſayaʒ dicentẽ beatus qui excutit manus
ab omni munere.⁊ lʒ glo.Joã.theo.ibi reprehendat ibi
Gratianũ ꝙ hoc non fuit dictũ Yſaye ſed fuit dictũ pſal
miſte.tñ hoc habetur apud Yſayam.xxxiij.c.⁊ ꝓbat ibi
118 tex.† ꝙ appellatione omnis muneris veniunt preces.er-
go ſeqtur ꝙ ille qui fundit preces videt̃ dare munus col-
latori.⁊ per conſequens porrectio precum inducit ſymo-
niam.Faciat ẽt.c.de ordinationibus in verſ.neqʒ per gra
tiam nec per quorũlibet ſupplicationẽ.⁊ ibi gl.diſtinguit
aut petit pro ſeipſo aut alijs.i.q.i.allegat dictum.c.ordi-
nationes.ergo ſeqtur ꝙ porrigere preces pro alio regu-
lariter inducit ſymoniam niſi conſtet ꝙ pro digno porre
cte fuerint.Faciat.d.c.moyſes.viij.q.i.in verſi.quiſpiam
rogauerit.Non obſtat dum dicebat̃ ꝙ ſequeretur ex hoc
quod porrigere preces pro digno eſſet ſymoniacuʒ quia
iſtud non ſequitur ex quo cõtrarium eſt iure cautum ſi cõ
ſtat illum pro quo porriguntur fore dignũ.vt in.c.q̃buſ-
dam.⁊ iſtud tene mẽti q2 per hoc verior ẽ opi.d.Ant.Et
ſubdit Inno.pulchrum verbũ in.d.c.tuam quid ſi nõ col
latori ſed familiari ⁊ collaterali eius dedit pecuniam vel
preces porrexit vt daret operam ꝙ promoueatur ad bñfi
cium.ꝯcludit ꝙ perinde eſt ac ſi data fuiſſet collatori bñfi-

a ¶ Q̃õne.i. No.ꝙ.c.qd̃ ñ poſuit.d.Andre.hic incipit ſũt nõnulli.⁊ addõ iu.c.ſeq̃n tem.vbi ꝓbantur tria q̃bus cõmittitur ipa ſymonia.

b ¶ Conſanguineũ.Adde pro ampliatione iſtius materie no.gl.in.c.vt noſtrum vt eccle.benefi.⁊ elegãtẽ glo.in c.tuã de eta.⁊ quali.

ciũ.ij.q.v.c.preſentium.d.Card.ibi hoc limitat qñ media
tor eſt talis qui ſuis precibus põt cõmouere collatorẽ.ſe
cus ſi nõ moueret̃ ipſius inſtantia ſed informatione rece-
pta de ſufficiẽtia ipſius ꝓmouentis.q2 tũc pecunia data in
terceſſori vr̃ data pro ſuo labore ⁊ non pro beneficio cõ-
ferendo.ita dicit ſe in accidẽtia facti reſpondiſſe cuidaʒ q
miſit ad curiã quedã ad ſollicitãdũ eius ꝓmotionẽ.q2 nõ
119 eſt ſymonia.qd̃ eſt bene no.tanq̃ʒ quotidianũ.† Utrũ aũt
preces licite porrigantur pro bñficio obtinẽdo.do.Car.
in.d.c.tuaʒ dicit hoc poſſe dupliciter intelligi.ſ.primo an
ſint licite ita ꝙ collatio bñficij teneat facta per preces an
ſint licite quo ad hoc vt promouens vel ꝓmotus peccet ĩ
telligendo primo modo preces ſunt ſm eum licite cum in
iure noſtro nõ reperiat̃ ꝙ collatio bñficij ad p̃ces fcã nõ
teneat lʒ habeamus canones ꝙ petentibus beneficia nõ
ſunt conferenda.vt.viij.q.i.c.in ſcripturis.c.ſciendũ.⁊.c.
qui epiſcopatum.naʒ ꝓpter hoc dicũt canones inſtitutio
nẽ nõ tenere.⁊ ideo dicit ꝙ lʒ nõ teneat inſtitutio vbi ali
quis ingerit ſeipſum inſtituẽdo.vt in.c.fi.de inſti.vel ſeip
ſum p̃ſentando.vt de iu.patro.c.per veſtras vel ſeipſũ eli
gẽdo.c.cũ in iure de elec.ꝑ hoc nõ eſt idẽ in inſtitutõe fcã
ad p̃ces.q2 prima inſtitutio tribuit titulũ vel partẽ tituli.
ĩõ nõ valet illa diſpoſitio de ſeipſo.ſecus aũt in appoſitõe
p̃cum.⁊ hoc approbat ſm eũ ſtillus curie ſm quem citra
ep̃atus ⁊ abbatias fit collatio ad inſtantiã.⁊ dicit̃ in litte
ris talis ſupplicauit ⁊c.Itẽ videmus ẽt preces a iure ap-
probatas in eo ꝙ diſtinguit iuſſu an ꝓprio motu ad inſtã
tiam fiat collatio.vt in.c.ſi motu ꝓprio de preb.li.vi.⁊ ita
dicit etiam fundari opi.Innocẽ.ſuperius poſita ꝙ p̃ces
ſymoniam non inducũt.Tu animoſe tene ꝙ ſuperius di-
10 xi ſuſtendando opi.do.Anto.† Scdo aũt modo an p̃ces
ſint licite.ſ.vt ꝓmotus vel promouens peccet vel nõ.⁊ tũc
procedat diſtinctio glo.in.d.c.tuam.qd̃ aut precatur pro
ſe aut ꝓ alio.primo caſu aut eſt dignus aut indignus ſi in
dignus ſunt illicite ſi dignus aut ꝓ beneficio ſimplici aut
pro prelatura ſi pro ſimplici aut indiget ⁊ ſunt licite aut
nõ indiget ⁊ ſunt illicite ſi ꝓ prelatura ⁊ ſunt illicite.vbi
vero ꝓ alio preces porriguntur.⁊ tũc ſi ꝓ indigno nõ ſũt
licite ſi pro digno ſi ſunt carnales ſũt illicite ſi ſpũales ſũt
licite.iſta eſt dictio glo.in.d.c.tuam.⁊ in.d.c.ſunt nõnul-
li.⁊ i.d.c.moyſes.⁊ in ſũma.viij.q.ij.⁊ circa iſtas ſpiritua
les dicit Hoſt.poſſe cõnumerari p̃ces porrectas ꝑ patro-
nũ p̃ñtantem.q2 ille ſunt quaſi ſpirituales.c.cuʒ terra de
12ı elec.c.nobis de iure patrona.† Sed an ep̃s peccet q ꝯſan
b guineũ[b] ſuum egentẽ ⁊ dignũ prefert alteri magis digno
non egenti.Hoſt.in.d.c.tuam dicit ꝙ hoc non reprobat
cũ talibus ꝓuidere teneat̃.lxxxvi.diſt.c.nõ ſatis de coha.
cleri.c.i.de teſta.c.relatum el.ij.§.lʒ.⁊ addit e Bal.in.l.tu
tor.§.qui in tutoribus.ff.de excu.tuto.vbi colligit arg.ex
illo tex.ꝙ ſi papa ꝓmouet ſuũ ꝯſanguineum ꝙ reuelauit
122 ſibi caro ⁊ ſanguis ſed non ſpiritus.† Quid ſi quis nõ fun
dat preces ſed adulatur vt beneficium conſequatur dicit
Inno.ꝙ eſt ſymoniacũ ⁊ munus ab obſequio dici põt.i.q.
i.ordinatiões cũ quatuor ſequẽtibus.non tñ tenet̃ ad be
neficiũ reſignan.ar.c.fi.de ſymo.ita dixit in.d.c.tuam.⁊ ꝑ
123 dicta ꝓcedũt cũ qs petit beneficiũ eccleſiaſticũ.† Quid ſi
honorẽ vel dignitatẽ ſecularẽ petat an ſit licitũ dic ꝙ pu-
blice peti põt nõ priuati.l.i.§.i.ff.de pollicitationibus.l.
exiſtimo.ff.de mune.⁊ hono.hodie diſtinguit̃ in dignita
te ſeculari an ſit dignitas cui non eſt annexa iuriſdictio.vt
doctoris vel aduocati.⁊ peti põt.vt in.d.§.i.aut ẽ ãnexa
⁊ non poteſt.puta ſi ſit magiſtratus vel pretor.vt in auc.
vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.i.⁊.§.cogitatio.e.i.⁊
ij.⁊ ibi ꝑ Jo.an.ne prelati vices ſuas.facit.ff.ad legẽ iul.
de ambitu per totum.¶ Nota ibi quendam aliũ q2 ſm
glo.de quinto non facit mentionem.q2 forte capitulũ nõ
confitebatur elegiſſe illum.vel poteſt dici ꝙ illa vacans
poterit vni ex illis quinqʒ aſſignari.vt dixit hic Egidius
⁊ Gof.vel ſm oẽs alios forte iſte quintus erat mortu⁹ ſʒ
nõ vr̃ de mente littere.⁊ ĩõ ſm Hoſt.poſſet littera ſuppleri ex co

ri ex eo qꝛ papa mandat oibus dari. ¶ †No. ibi ſine pre
124 iudicio ſimilē tex. habetis in. l. claudius in ver. ſine eius
ꝑiudicio. ff. qui po. in pig. ha. ꝛ ꝓbat tex. iſte in hoc ver. ꝙ
ꝓteſtatio canonicoꝝ nō ꝓfuit. Sed opponiꝭ de. c. ꝑlatum
ꝙ metus cā ꝛ de alijs iuribus allegatis in iſta glo. in ver
125 ſi. ſine preiudicio. †ꝓteſtatio enim ꝑambula declarat ani
mū ꝓteſtantis de eſſe in futurū ꝛ reddit actū inefficacē ꝗ
poſtea gerꝭ. l. ꝗ in aliena. §. celſus. ff. de acqrē. here. Glo.
iſta dat duas ſolutiones ad ꝯria. prima eſt ꝙ proteſtatio
valet qñ nō eſt ꝯria facto. vt in ꝯrijs allegatis in hac gl.
ſecus qñ eſt ꝯria facto. ꝛ ita loqtur hic. nā recipiendo ali
quem in canonicum videꝭ capitulū velle in ꝯñtiam ꝙ ta
li recepto debeat ꝓuideri ne habeat nomen canonici ina
ne. c. relatum de ꝑben. ꝛ ideo ſi ꝓteſtatur ꝙ non debeat il
li ꝓuideri ꝛ ꝙ nihil ꝑcipiat videꝭ ꝙ ꝓteſtatio quo ad ef
fectū eſt ꝯria facto. qꝛ videꝭ capitulum velle ꝙ recepto in
ꝯñtiam ꝓuideaꝭ ꝑꝑ receptionē factam. ꝛ ēt vꝭ velle ꝙ nō
ꝓuideatur ꝑꝑ ꝓteſtationē. ꝛ ita quotidie allegaꝭ tex. iſte
cum glo. ſua ꝙ per ꝯtrarium factum tolliꝭ ꝓteſtatio. dñs
ant. dicit hic ꝙ corrupte allegaꝭ tex. iſte qꝛ ꝓteſtatio non
erat contraria facto. nam canonici receperunt illos in ca
nonicos. nec ꝓteſtatio repugnabat ſꝫ veniebat ad tollēdū
ius cōſecutiuū ad factū geſtum. nā canonici debēt de iure
habere ꝑbendam ſaltem ex reditibus ſubpex creſcentibꝰ
vt in. d. c. relatum de prebē. ad hoc ius ꝯſecutiuū tēdebat
iſta ꝓteſtatio vnde colligit ꝙ ꝓteſtatio tendens ad tollen
dum ius qḋ venit cōſecutiue ad factuꝫ ex iuris diſpoſitio
ne non valet. ¶ Secūda ſolutio fuit in ver. poſſet dici ꝙ
hic ꝓteſtatio profuit quo ad hoc vt antiqui perciperēt ſu
as prebendas integras ꝛ certe ēt ſine illa ꝓteſtatione de
buiſſent habere integras prebēdas. qꝛ receptio vltra nu
merum lꝫ rumpat numerum prebendarū. vt no. in. c. pro
illorum de ꝑbē. nihilominus dꝫ eis ꝓuideri de prebenda.
Et inquātū dicit glo. iſta ibi qñqꝫ ꝓdeſt plus ꝓteſtatio qꝫ
appellatio tene mēti eam vt qñqꝫ magis ꝓſit ꝓteſtatio qꝫ
appellatio. vt in caſu. l. ij. allegate in ea ꝛ rō diuerſitatis
126 eſt in caſu illo. †vbi filiuſfamilias exiſtens in poteſtate pa
tris vocaꝭ ad munera ſi pater ꝓteſtatur ꝙ nō cōſentit nō
teneꝭ pro filio. qꝛ nullum preſtat tunc conſenſuꝫ nomina
tioni ſeu electioni facte de filio ad munera publica. ſecus
ſi pater appellaret a tali electione. qꝛ tūc vꝭ conſentire ꝙ
potuerit eligi ſed dicit electionē eſſe iniuſtam. ideo tūc fa
cit ſibi ꝑiudiciū ꝑ talē appellationē ſicut qñ dñs appellat
a ſententia lata ꝯ eum cum falſo ꝓcuratore. l. iij. §. falſus.
ff. rem ratā ha. hac occaſione ſumpta Inno. tetigit aliqd
hic de materia ꝓteſtationis. ꝛ plenius do. Ant. in ſua re
petitione. qꝛ principale ꝓpoſitum quod habui ad peten
dum hanc decretalem fuit aſſumere materiā ꝓteſtatiōis
que ꝛ ſubtilis ꝛ quotidiana eſt. ideo poſt expeditionem
textualiuꝫ ꝛ gloſaꝝ illam attingā ꝓut deus glorioſus de
derit. ¶ Nota ibi receperūt in canonicis quo caſu dicit
glo. in ver. receperunt ꝙ debuerunt eis prouidere de pre
benda. c. relatum. ꝛ. c. dilectus de preben. c. cum ſuper de
127 cōceſ. ꝑben. ꝛ ſubdit glo. iſta †ꝙ aliud eſt canonia aliud
eſt ꝑbenda canonia eſt ius ꝙ ꝓcedit ex inſtitutione ꝛ of
ficio ꝛ receptione in fratrem vt hic ꝑbenda eſt ius ꝙ pro
eligenda pſona incerta qꝛ dicitur ydonee perſone ꝛ ac
tus debebat celebrari ad vtilitatē eccleſie ergo ſequiˀ ꝙ
per ſubſtitutū fieri non poterat ꝛ iō tex.multū ſingularis
in.d.l.i.§.ne aūt in verſi.conceptio verborū ꝛ facti natu
ra requirit diſponit ꝙ vbi verba hoc importāt ꝛ facti nā
hoc requirit nō poterit actus expediri per ſubſtitutum ꝛ
per ꝯſis bernardus qui fuit vberimus iuris fons male
loquiˀ.Et hac occaſione ſumpta querit hic Pet. de an
61 char.abbas ſicculus ꝛ cōiter alij † vtrū doctor poſſit le
b gere per ſubſtitutū b de quo do vobis remiſſiones qꝛ iſte
nō eſt ad hoc accōmodatus locus vide Jo.an.in.c.qui p
aliū li.vi.in mercurialibus Bar.in.l.nemo.ff.de duobus
reis ꝛ in.l.i.C.de principib° agētibus in rebus li.xij.ꝛ in
l.inter artifices.ff.de ſolu.ꝛ Bal.in.d.l.i.§.ne aūt ꝛ in.l.
fi.ff.de excuſ.tut.ꝛ plene per do.pet.in.d.c. is cui de offō
de leg.li.vi.Et ad p̄dicta vide elegās dictuz Cy.ꝛ Bal.
in.l. quiſqs.C.de epiſcopis ꝛ cler.ꝙ vbicunqꝫ in actu fit
mentio heredis nunq̄ vˀ electa induſtria perſone.Nota
62 ibi pſone ydonee cōmitterēt admiſtrationē † ꝙ vacāte ſe
de ſuperior habet ptātem agendi ꝓ rebus eccleſie ſub
tractis ꝛ vbi cauſe electionū tractande ſunt añ oia facien
da eſt reſtitutio ſubtractoꝝ ꝛ ſupior qui de electione co
gnoſcit ꝑpter dilationē ꝓceſſus electionū pōt interiꝫ da
re adminiſtratorē eccleſie qui interim bona eccleſie cōſer
uet.c.is cui de electꝫ.lib.vi.ita colligit hic do.Anto.Tu
pondera qꝛ iſte tex.loqtur in monaſterio vacante ꝛ in.c.
his cui loquiˀ in eccleſia catedrali vacante.Sed .d. Pe.
de anch.colligit ꝙ papa mandat curam monaſterij vacā
tis ad quē aūt deuoluaˀ de iure cōi remittit ad.c.cuz vos
de offō ordi.ꝛ ad.c.qꝛ ſepe de electꝫ.li.vi.ꝛ que ſit pſona
ydonea cui cōmittaˀ regimē eccleſie vacātis remittit ad
c.nemo de electꝫ.in.vi.Sed dominus abbas hic colligit
ꝙ monaſterio vacanti ſuperior dat adminiſtratorē ydo
63 neuz.Ex quo infert † ꝙ mortua abbatiſſa capitulū non
ſuccedit in adminiſtratione ipſe dicit ꝙ ꝯtrum eſt verius
ꝛ ad hoc allˀat tex.in.cle.ne in agro.§.pater ð ſtatu.regu
64 la ꝛ ad iſtum tex.rn̄det dando nouū intellectū ꝭm eū † ꝙ
vbi vacante eccleſia naſcitur ſcandalū inter illos de capi
tulo ita ꝙ ſuſpecta eſt eorū adminiſtratio tunc ſupior de
bet dare illi loco adminiſtratorē ꝛ hoc modo intelligit
iſtū tex.allegat in argumētū .c.fi.de ſup. neg.plat. in.vi.
allegat ēt.c.fi.de ſtatu.regula.vbi ſi monaſteriū vacat p
remotionē plati factā ꝑpter delictū plati tunc eniꝫ debet
dari adminiſtrator monaſterio ex eo qꝛ eſt ſuſpitio ꝯ cō
uentū tollerātez abbatē criminoſū.Sed re uera.§.abba
tezꝫ allegatus per do.Abb.non ꝓbat dictū eius loquiˀ.n.
in abbate ſuſpenſo appl'one bñficioꝝ qꝛ durante ſuſpen
ſione collatio deuoluiˀ ad priorē cū cōſēſu monachorū
ꝛ.c.non loquitur ꝙ mortuo abbate tota adminiſtratio
tēporalium ꝛ ſpiritualiū ſpectet ad cōuētum tñ dictū in
ſe eſt veruz ꝛ hoc tenuit guil.de montelaudino in.d.§.ab
batē ꝛ ita ꝭuaˀ de facto ꝭm pet.de ancha.Et optime fac
ad hoc tex.in.c.cū dilect° de conſue.Sed quare admini
ſtratio in caſu iſto non fuit deuoluta ad cōuentū do.Ab
ba. dixit fuit propter ſcandalū generatū inter moniales
certe hoc nō colligiˀ ex tex.iſto eſt tñ ſuaſiua ratio ꝛ poſ
ſet aſſignari alia rō hoc mō nā iſtud erat monaſteriū mo
nialiū q̄ debēt ſtare in clauſtro ꝛ nō exire vt in .c.ij. de
iudic.in.vi.ꝛ iō nō fuit data adminiſtratio eius ꝛ iſta ra
tio videtur magis colloꝛata.Et adde ꝙ voluit lapus in
ſuis allˀ. lxxviij.incipien.vacauit eccleſia ſancti laurentij
65 in vltimo dubio † vbi diſputat ad quem ſpectat dare iſtā
cuſtodiam eccleſie vacanti ꝛ dicit ad illū platū ad quem
ſpectat inſtitutio vt eſt glo.ordi.in.d.c.cū vos ſentis glo.
in.c.ad aures de exceſ.pla. facit glo.in.cle.i.de ſupp.neg.
66 prela.no.ibi formā mādati apl'ici trāſponētes † ꝙ obmiſ
ſio ordinis in reſcripto poſiti reddit proceſſum nullum
ꝭm Pet.de anch.hic qui refert Inno.dicere hic fore ve
rum in ordine iudiciario p̄fixo a lege.ſecus ſi ab homine
p̄figatur qꝛ eius obmiſſio vel peruerſio nō redit ꝓceſſum
nullū.Sed do.anto.colligit ꝙ vbi plures articuli ſucceſ
ſiue ponūˀ in reſcripto ꝛ vnū per p̄us cōmittiˀ ꝛ pncipa
liter ponderaˀ ordo ſcripture vt ſtudioſius attēdaˀ ordi
nis peruerſio tūc ordinis puerſio aut tranſpoſitio viciat
67 ꝓceſſū ipo iure † et notādum ē ꝭm eū qð duplex eſt ordo
ſ.iuris ꝛ hominis ꝛ vtriuſqꝫ ordinis obmiſſio viciat pro
ceſſū ipo iure ꝛ ſic in hoc ꝯdicit petro de ancharano ſed
68 do.Abb.colligit † ꝙ ſi iudex delegatꝫ.nō ſeruat formā re
ſcripti ꝓceſſus ei° eſt null° ipo iure ꝛ ad hoc quottidie al
legaˀ iſte tex.ꝭm eū nō tñ loquiˀ expreſſe de duplici ordie
iuris ꝛ hominis colligit ēt ꝙ vbi plura cōmittūtur in re
ſcripto vꝫ data forma vt ꝭm ordinē narrationis iudex de
beat ꝓcedere qꝛ primo narrata videnˀ ſtudioſius appoſi
ta Bal.v̄o hic colligit ordinē eē ꝭuanduz ꝙ dicit eſſe ve
rum qñ verba prepoſita ꝛ poſtpoſita nō ſonāt idē vel ſūt
de ſubſtantia forme vt pꝫ in ſtipulatiōe ſed ſi idē ſapiunt
nec ſunt de ſubſtantia forme nō curam° de ordie verboꝝ
l.quidā.ff.de peculio legato.l.nec ordo.ff.de ſolu. ecce in
69 qꝛ forma debet p̄ciſe ꝭuari † ſed nūqd illa v̄ba ſūmarie
ꝛ de plano ſint de forma neceſſitatis ſubalis dicit ꝙ non
ſed de ptāte arbitrij qꝛ abundās cautela ꝭuādi ordinis
nō nocet ꝭm Inno.Tu allega glo.in cle.ſepe de verbor.
ſigni.Si vero papa aliquid addit ſolito ordini cauſarū
iſtud bñ eſt de forma vt hic ſed ſi d̄trahit nō eſt de ſubſtā
70 tia forme † qꝛ qð formiter fit includit ēt rudez ꝛ gñalem
c 71 materiā ordo ꝓprio nō eſt ſi pōt ptermitti † ordo.c eniꝫ
ꝑprie eſt datio alicuius rei.ad ſubſtantiā ſuā ꝭm p̄us ꝛ
poſterius ꝛ refert philoſophū diceˀ ꝙ nihil ꝯſtat ſine or
dinis cōpoſitiōe ꝛ eſt via hocardica ꝭꝫ eū de qua ſatis ħ
72 per bernardū.Et ſubdit † ꝙ vbi papa p̄figit ordinē talis
ordo ſemp p̄ſumitur de ſubſtantia vt hic ꝛ in .c. piſanis.
de reſt.ſpo.ꝛ refert ſe addicta p eum in.l.platā.C.de ſen.
ꝛ interlo. omniū iu.Glo.loquiˀ verū hic in verſi.tranſpo

b Subſtitu tum. Adde tu do. Alexan.de imol. poſt bar thol.allegata. lege nemo.ff. de duo.rei vbi conſtāter tꝫ ꝙ ſit ex conſuetudine que re petita cenſeaˀ in eius conductione ꝛ vid.d. Abba.in.c.cū m.ferarienſis f.i.in ſallor co. de conſtitu.

c Ordo. Ut dicet ſuis hea ti. Auguſti.ꝙ ordo eſt pariū diſpariūqꝫ rerꝫ ſuo loco collo candaꝝ recta diſpoſitio ꝛ ꝙ paulo infra.d. Andr.de men te phi.dicit ꝙ nihil i toto ope re nature conſtat ſine ordine collige originaliter in oībus voluminibus naturalis philoſophie ꝛ p̄cipue i libriſ de celo ꝛ mundo de generatione metheororum ꝛ de ordine ſcripture ſeruando q̄ ad te canōiſtā attinet. vide Bar.in.l.ꝯſtit.C.§.qbuſ Bal. in.l.aduerſus.C. de furtis. ꝛ in.l.i.C.d im puber.ꝛ alijs ſubſtitu.ꝛ notabiliter ange. in auc.de her. ꝛ fal.§.item le gata co.i.et.d. Bar.ſocc. not. in conſi.ix.incipiente non ꝓ ſequendo ver. primo qꝛ in p̄ma parte car. x.ꝛ vide fely. hic in .iij.col. circa princ. vˀ. ordo ſcripture qui adducit in materia qcqd dici poteſt.

nentes colligit notabile ꝙ in reſcriptis eſt ſuādus ordo
ſcripture vt hic allegat.c.ſit rector.xxxxiij.diſt.c.in grauī
bus .ij.q.vij .l.quotiēs .ff.de vſuf.⁊ ordo verboꝝ oñdit or
dinem p̄ceſſus de cōſecra.diſt.ij.in xp̄o pater.l.heredes ſ
ſi.ff.ad trebell.certe iura all'ata per iſtam glo. fuerunt al
legata per gl.ioannis theotonici.in.d.c.ſit rector ex qua
73 glo.tu colliges† ſi querit an aliquid ex ordine preſumatur
puta q2 p̄ſumam⁹ ꝙ diſponens voluerit primo ſcriptum
admitti.Et ad hoc allegat ꝙ primo ſcriptus p̄ponit .c.
ſi quis iuſto de elect.li.vi.c.mādato de preben.eo.lib.l.cū
pater.§.pe.de le.ij.l.gn̄aliter §.qd ergo verſi. ordinē ſcri
74 pture ſequēdū vbi colligit† ꝙ ex ordine ſcripture euident
oñditur p̄dilectio teſtatoris auctenti. hoc amplius.C.de
fideicōmiſ.Et per hoc refert Angel.in.d.§.qd ergo ꝙ cū
ſemel papa voluiſſet p̄mouere in cardinalē aliquē de or
dine fratrum minoꝝ mandauit eis in virtute ſancte obe
dientie vt darent ei in ſcriptis tria noia digniorū fratrū d
illo ordine ⁊ finaliter tradita ſibi fuerūt tria nomina ſcri
pta in forma ſperica ⁊ rotunda ita ꝙ nō poſſet colligi ar
gumentum ex ordine ſcripture quis eorū diceret dignior
refert papam rñdiſſe q2 peruertiſtis ordinē ⁊ ēt nos per
uertemus ⁊ non voluit p̄mouere aliquē ex illis tribus ſ3
p̄mouit generalē ordinis in cardinalē facit.c.diſplicet.xx
iij.q.iij.c.vt euidenter .i.q.i. ⁊ .c. non ſane .xiiij. q.iiij.⁊
75 ibi glo.colligit argu.† medicos eē preferendos tanq̄3 di
gniores ex eo quia primo in illo canone deſcribūt t3 tñ ꝯ
riū q2 medici nō ſūt maiores q̄3 oſtetrices vt ibi vide gl.
Et ſi quiſpiam opponat ꝙ iſte ordo non eſt attendendus
76 l.nec ordo.ff.de ſolut.reſponde qd † vbi mēs iuris aut di
ſponētis eſt certa tunc non curat de ordie iſto ſit caſus ibi
formalis hoc t3 ibi bar.⁊ in.l.ij.§.prius.ff.de vul.⁊ pup.
ſed vbi mens iuris aut diſponētis nos latet tūc procedat
tex.iſte ⁊ iura ſuperius allegata ſed glo.iſta arguit cōtra
hic dicitur ꝙ attendit ordo ſcripture imo.iſtud eſt falſu3
⁊ allegat tria iura in cōtrariū.c.cāmq3 ⁊.c. inter ceteras
77 Reo.⁊.l.i.C.de appe.ſoluit† ꝙ ſi aliquid p̄ncipaliter mā
datur illud tanq̄3 p̄ncipale primo loco ē expediendū. Si
vero mandat ſecūdario tanq̄3 acceſſoria ſubſequent ſunt
expedienda ſed vbi plura p̄ncipaliter cōmittunt vel alter
natiue non refert ꝙ illorū primo expediat niſi vnū de na
tura ſui precedat vt in.d.c.cāmque ⁊ in.c.paſtoralis d cā
poſſe.⁊ p̄prie.⁊ in.l.ordinarij.C.de rei vendicatiōe.Sed
glo.in ver.quare nō cōfirmauit ꝙ legitime factū fuit pro
eius enucleatione opponas hoc mō plura fuerūt manda
ta.ſ.de reſtitutiōe ſubtractoꝝ ⁊ de retractāda electione tñ
papa hic caſſat vtrūq3 ⁊ non fuit petitum niſi d reſtitutio
ne ſbtractorū male ergo fecit nō cōfirmare legitime factū
c.cū oli de p̄ui.c.dilect⁹ de pre.pōt.dici ꝙ vtrūq3 fuit male
factū nā p̄mū fuit ꝯ formā datā ab hoie ſcdo ꝯ formā da
tā a lege merito ḡ vtrūq3 caſſatū ē vl'ſi velis dicē ꝙ ſ3 fu
it l'tie factū dicas ꝙ id nō ꝯfirmat q2 primū ⁊ ſm̄ hēnt ſe
78 ꝯnexe q2 ordo fuit p̄mi ad ſm̄ ⁊ ſecundi ad primū † id caſ
ſato vno maxime p̄ncipali caſſari debet ſecundum acceſ
ſoriū ꝙ ſecum in vicio eſt ꝯnexum.c.inter dilectos d fide
inſtru.ij.q.vi.ſi quis ex plurib⁹. Et per hoc gl.iſta reddi
tur enucleata ⁊ diſtingui pōt hoc mō aut ꝯſtat de mente
mandatis velle ordinem ſuari ⁊ tunc obmiſſio ordinis
viciat vt hic aut conſtat ꝙ voluit ordinē ſeruari ⁊ tūc nō
eſt ſeruandus ⁊ eius obmiſſio non viciat actū.l.nec ordo
ff.de ſolu.aut eſt dubiū ⁊ tunc ſi ordo attendatur ⁊ inſur
git repugnātia iuris ⁊ tunc nō attenditur ordo.c.cāmq3
Reo.Aut obſeruantia ordinis nō repugnat iuri.ſed ꝯſo
nat ⁊ tunc ſi plura eque p̄ncipaliter mādantur q̄ ſunt pa
ris rōnis ⁊ que principal'r videt ponderata a reſcribēte
⁊ tunc nō attendit ordo aut nō ſunt paris rōnis ſed p̄mū
in ordine eſt principale ⁊ vt p̄ncipale veriſimil'r vī in expe
ditione ꝯſideratū puta qñ cōmittit reſtitutio poſſeſſionis
⁊ poſtea mādatur de p̄prietate ⁊ tūc in dubio attendit re
79 ſtitutio ⁊ poſtea attēdit mādatu3 de p̄prietate † ⁊ dicit h
Bal.tenere appellationē illius qui putat ſe grauari ⁊ in

veritate nō eſt grauatus ⁊ dicit qd regritur ſnīa ſuper ta
li appellatiōe puta lata fuit ſnīa in fauorē meū ego puta
ui fuiſſe latā in meū preiudiciū ⁊ appellaui tex.dicit eſſe d
hoc vnicū ⁊ ſin.in.l.titie.ff.de app.Tu allega eūdē Bal.
in.c.ſuper eo.de app.⁊ in.c.ex parte.Reod.⁊ in.l.p̄ſes.C.
de ſen.⁊ interlo.om.iu.no.ibi nec iuris ordinē ꝙ in reſcri
pto eſt ſeruandus iuris ordo glo.in verbo.ordine p̄ eius
intellectu ita eſt declarāda. ℭ Oppoṅit ꝙ obmiſſio or
a dinis non viciat p̄ceſſū ᵃ ⁊ per ꝯñs nō debuit caſſari pro
ceſſus ⁊ tñ papa hic caſſat p̄ceſſum tanq̄3 factū ꝯ formā
80 ergo † male quia ordinis peruerſio cauſe ad cām ⁊ ar
ticuli ad articulū nō viciat p̄ceſſū .l.i.C.de app.l. p̄lata3
C.de ſenten.ij.q.i. in ſūmā. c.i.de mutuis petit.l.ij.C. cō
mu. diuidūdo licet ergo per prius ius iubeat vt p̄mo poſ
ſeſſorium ſcḋo petitoriū terminet.l.ordinarij.C.de rei ven.
l.incerti.C.de interdic.tñ v3 p̄ceſſus vt in.c.i.de mutuis.
petitionibus .l.i.C.de app.Sed hic papa decidit ꝯtrium
quare male huius timore glo.iſta dat tres intellectus ad
hunc tex.p̄mus eſt ꝙ hic p̄ceſſus viciatur ex defectu ordi
nis iuris tñ.i.ex defectu ordinis eiuſdē cauſe ad ſe ipſam
puta q2 forte p̄ceſſerūt lite nō ꝯteſta.ꝙ tñ requirebat ſm̄
iſta tp̄a licet hodie ſecus vt in.cle.diſpēdioſā de iudicijs
Et huic nō obſtat ꝯriū ſecundus intellectus eſt qd hic fu
it obmiſſus ordo iuris.ſ.cauſe ad cām hoc eſt poſſeſſorij.
ad petitoriū qui ordo petitorij ad poſſeſſoriū erat tranſi
tus in ordine hois quaſi diceret hic p̄ceſſus viciat ex defe
ctu ordinis mādati ⁊ huic intellectui obſtat ꝯrium terti⁹
intellectus eſt ꝙ hic fuit obmiſſus nō ſolū ordo iuris cāe
ad cām.ſed ēt hois ⁊ ſic ex defectu vtriuſq3 ordis viciat p̄
81 ceſſus.ad ꝯriū gl.rñdet† ꝙ vbi ordo dat a iure cāe ad cā3
id nō viciat p̄ceſſus.ij.q.i.i.d.l. p̄latā q2 vt plus ordo iu
ſticie q̄3 forme.t3 vbi dat ab hoie tūc eſt de forma ⁊ p ꝯñs
viciat p̄ceſſu3 eius obmiſſio ⁊ ita itelligat iſte tex.⁊ ſi op
82 ponit† expſſio eoꝝ q̄ tacite in ſūt nihil opat .c. ſignificaſti
de elec.l.ꝯditiōes.ff.de ꝯdi.⁊ demō.ſ3 hic ordo inerat a iu
re ergo nihil opat rñde ꝙ imo opat ex eo.q2 exp̄mit ꝙ i
erat reſpectu iuſticie vt exp̄mi reſpectu forme ⁊ talis for
ma vt dari ab hoie ergo ſi obmittit ꝙ agit ē nullū ꝙ In
no.hic ⁊ in.c.prudentiā de offi.dele.dicit eſſe veru3 qñ for
ma eſt ſtudioſa.c.ſi.de offi.dele.facit.c.venerabili co.ti.⁊
ſic ꝯcludit aut ordo iuris vel hois eſt ꝯſultori⁹ ⁊ eius ob
miſſio eiuſdē cāe a ſe ipſa puta vt lis conteſtetur ⁊ ſimilia
⁊ eius obmiſſio viciat ſecunda queſtione ſexta .§. diffini
tiua.verſiculo prolatam ſecunda queſtione prima.in ſū
ma.aut ordo iuris eſt ad bene eſſe ⁊ pro iuſticia vt cauſe
ad cauſam ⁊ tunc ſi a iure ordo eſt iuſticie non viciat ſi
ab homine ordo eſt forme ⁊ viciat ⁊ huius paſſus iſta
eſt veritas ſm̄ dominum Antoniū hic.⁊ cum hoc dicto
tranſit hic domi.Abb.⁊ allegat ſingulare dictum Bar.
in.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.vbi dixit† cōpromitti
83 tur in arbitrum hoc expreſſo ꝙ ſm̄ ius decidat ⁊ arbiter
tulit laudum iniuſtum ꝙ tale laudum eſt nullum q2 non
fuit ſeruata forma tradita in compromiſſo dicit tamen ꝙ
hoc dictum Bar.reprobauit do.Anto.in.c.quintauallis
de iureiuran.que reprobatio originaliter facta fuit per
Franciſcum de albergotis in repetione.l.ſi quis arbitra
tu.ff.de verborum obligatio.⁊ motus fuit q2 ꝙ arbiter
decideret ſm̄ ius iuberat a lege ergo illa expreſſio facta
a partibus nihil operatur vt in dicto capitulo ſignificaſti
dicit tamē qd illud inerat a iure de neceſſitate ⁊ hoc mo
do poſſet concordari dictum domi.Anto.in dicto capitu
lo quintauallis cum dicto ſuo hic ꝙ iſtud de quo hic in
erat de iuſticia ⁊ non de neceſſitate que concordia non ſa
tiſfacit domin . Abba. hic dicenti quod a iure non in
eſt pro forma ſubſtantiali ſed quando exprimitur ab ho
mine in compromiſſo videtur apponi pro forma ſubſtan
tiali ⁊ ideo aliquid debet operari.c.ſi papa de priuileg.i
vi.⁊ contra eum allegat dictum Innoc.in . d.capitulo
84 prudentiam† vbi dicit cōmittitur cauſa alicui hoc expſſo
vt debeat cōdēnare titiū reū ſi ꝯſtiterit eū obligatū ſe pro
nio actori

a ℭ Uiciat p̄ceſſū.vide ad materiam .l.ſi rem.§.ſi.⁊ ibi Bal. eleganter ff.de pigno.actio.⁊ vide eundē Bal.in auctem.generaliter penul.col.C.de epiſ.⁊ cleri.⁊ in auc.contra rogatus in ſi.C ad trebel.⁊ notabi.Bar.in l.ſi queramus ff.de teſtamē.

nlo actori ⁊ iudex cõdẽnauit nõ ꝯſtito de obligatione tꝫ
ſnia qꝛ illa expꝛſſio cũ ineſſet a iure nõ iducit nouã formã
ſed potius quandã inſtructionẽ ad cauſã. ⁊ finaliter cir
ca hunc paſſũ dubitat. d. Abb. ⁊ diſtinguit hoc mõ aut
exprimiť illud ꝙ inerat ex neceſſitate. ⁊ tunc expꝛſſio. ni
hil operať ⁊ ita intelligať. d. l. ꝯditiones ⁊. d. c. ſignifica
ſti. c. ad audientiã. ⁊. eo. c. olim el. i. de reſt. ſpo. Bar. i. l. iij.
ff. de leg. i. qñqꝫ expmiť illud ꝙ inerat ex ſola facultate ⁊
tũc ſupioꝛ vř dare nouũ mandatũ allťat glo. ꝯiuncto tex.
85 c. cũ aliqbus de reſcriptis li. vi. ponit exẽplũ †papa man
dat epo ꝙ cõferat beneficiũ ticio ſi ꝯtulerit vř collatio fa
cta auctoꝛitate apoſtolica ⁊ nõ epi qꝛ licet epus tenereť
cõferre nõ tñ tenebať cõferre titio vt no. in. c. relatũ de ꝓ
ben. ideo nõ expꝛimiť nũc vt inerat de iuř. allťat gl. in cle.
i. de iure patr. qñqꝫ exprimiť ꝙ inerat de honeſtate. ⁊ tũc
expꝛſſio inducit nouã formã ⁊ ita intelligať. c. venerabili
de offi. deleg. qñqꝫ exprimiť ꝙ inerat de iuſticia vt in caſu
l. i. C. de appel. tunc diſtinguit aut id qđ exprimiť ſapit in
ſtructionẽ cãe ⁊ nõ iducit nouã formã ſꝫ ẽ qdã iſtructio ⁊
ita itelligit dcm̃ Inn. i. d. c. prudentiã aut concernit mo
dũ ꝓcedẽdi ⁊ tunc iducit nouam formam ⁊ hoc caſu ſal
uat dictũ Bar. ⁊ dictũ dñi Ant. hic ⁊ adducit ꝙ hř in. c.
ex inſinuatõe. ⁊. eo. ⁊ ita quieuit. d. Abb. hic ⁊ ꝓ certo ele
ganter loquiť. dñs meus Io. de imo. h ſicco pede trãſiuit
ſed do. Pe. de ancha. dicit ꝙ exẽplũ huius glo. non eſt
bonũ de petitoꝛio ⁊ poſſeſſoꝛio qꝛ talis ꝯuerſio nõ viciat
l. i. C. de appella. l. ſi mancipiũ. ff. de euic. ⁊ allťat dñm ſuũ
Bald. in. l. ſi queramus. ff. de teſta. ego vero ſepe numero
in facti ꝯtingentis vidi de hmõi. doctrina Bar. non me
diocrẽ controuerſiã fieri ⁊ vtinam deus imoꝛtalis nobis
appꝛiat veritatẽ. ⁊ appienda eſt via ferro in hoc paſſu. ⁊
quidẽ Raph. fulgoſi. in. l. i. C. de arbi. dicit ſe vidiſſe iſtã
qõnem in facto ⁊ in ſcholis ⁊ indiſcurſu lectionis tenta
uit tenere ꝯ̃ Bar. tali rõne. nã expꝛſſio eoꝝ que tacite in
86 ſunt nihil operať. l. nõ recte. C. de fideiuſſ. †ſed ꝙ arbitri
debent ferre ſniam ſꝫm ius hoc eſt ipſius arbitri. l. ſi quis
in ꝯſcribẽdo. C. de pac. ideo itelligiť adiectũ in cõpꝛomiſ
ſo ꝙ voluerint ſeruare ius cõe ſicut igitur iure cõi nõ põt
appellari a laudo arbitri ita nec nũc maxime qñ de iure
dř ꝓnunciare ⁊ ius vř dicere ẽt ſi ferrat iniquũ laudũ. l.
penulti. ff. de iuſti. ⁊ iur. refert tamen Ange. tranſire cum
Bartolo. ⁊ propter auctoꝛitatem Bar. ⁊ Ang. eẽt diffi
cile obtinere ꝯ̃rium in iudicijs do. Anto. in. d. c. prudẽtiã
tꝫ ꝯ̃ Bar. ⁊ in. c. ex inſinuatõe. ⁊. e. Io. de imo. d. in. c. ex in
ſinuatiõe arguit ꝯ̃ do. Anto. qꝛ licet quo ad hoc faciat ar
biter litẽ ſuã ſi iniuſtũ tulerit laudũ videať tñ in eſſe dicta
cľa ſi aliter faciat per. d. l. ſi quis in cõſcribẽdo tñ quo ad
b valoꝛẽ ⁊ cõmiſſionẽ non vř tacite in eſſe qꝛ ſtari dꝫ ſnie [b]
arbitri ſiue ſit equa ſiue ſit iniqua alias cõmittiť pena. l.
diẽ ꝓferre. §. ſtari. ff. de arbi. ideo videť exprimi aliter qꝫ
inſit cum exprimať ad ſuſpẽdendũ aut tollẽdũ effectũ pe
ne ſi cľa nõ ſerueť. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ff. de ar
bit. ideo videť ꝙ expꝛſſio fiat aliter quã inſit ⁊ ꝑ ꝯñs dꝫ
aliqd opari ꝑ id qđ voluit Bar. i. l. iij. de le. i. ⁊ ꝑſerti i eo
ꝙ ibi notať in ſiñ qñ arbiter exprimit tẽpus ſolutiõis in
87 ſnia an admittať tũc purgatio moꝛe allťat ẽt †qꝛ qñ illud
ꝙ ineſt de iure trãſfũdiť in formã mãdati hoĩs nõ põt a
forma recedi allťat notata per do. Ant. in iſto. c. ⁊ dicit ꝙ
ꝑ dicta do. Anto. hic videtur deſtructa ſua opinio qꝫ ipſe
poſuit in. d. c. qntauallis ⁊ in. d. c. ex inſinuatione ⁊ dicit
opinio. Barto. verioꝛẽ ⁊ illam quotidie ſeruari in pra
tica ⁊ quottidie dicitur ſententiam foꝛe nullam ex eo
quia nõ ꝓnunciauit de iuř. vt tenebať ex cõpꝛomiſſo. ⁊
ita dicit tenuiſſe in. d. c. qntauallis. Bal. vero in. c. ꝯſan
guinei de re iudi. colligit ex duabus gloſis ibi poſitis ar.
88 †ꝙ illud dř factũ ſꝫm ius ꝙ eſt factũ ſꝫ oꝛdinem ꝙ idẽ
eſt ꝙ veritas nec ſꝫm ius gentium ꝙ idem eſt ꝙ equitas.
vnde omne ꝙ poteſt ꝙ tranſire in rem iudicatam dicitur
ius etiã cum pretoꝛ decreuit iniquum habita relatione
non ad id ꝙ fit ſed ad id ꝙ fieri conſueuit ⁊ dicit de hoc

foꝛe tex. in. l. pe. ff. de iuſti. ⁊ iure ⁊ per hoc dicit determi
89 nari queſtionem †factum eſt cõpꝛomiſſum in arbitrum
cum ꝑtãte ꝓcedendi de facto ⁊ decidendi de iure ꝙ hec
clauſula de iure eſt monitio ⁊ non conditio ⁊ dicit ⁊ di
ctum Inno. in. d. c. prudentiam. Ante omnia ego dico ꝙ
hoc fuit dictum Hoſtien. in. c. fina. de prebend. vbi dixit
90 †ꝙ ſententia iudicis delegati neceſſario eſt dicenda vel
nulla vel iuſta non enim poteſt dici iniuſta ⁊ mouetur qꝛ
delegato cõmittitur cauſa vt audiat ⁊ iuſticiam facit er
go eo ipſo ꝙ fert ſententiam iniuſtam facit contra formã
mandati ⁊ per conſequens eſt nulla ipſo iure iſtud dictũ
ſuum Bart. iudicio meo habuit ab Hoſtien. licet nemo
hoc appernerit ⁊ tamen dictum Hoſtien. eſt cõmuniter
dãnatum per omnes ſcribentes in dicto. c. finali. ⁊ non ſi
ne magno miniſterio Bar. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitroꝛũ
ff. pro ſocio mouit iſtam queſtionem ⁊ non fuit auſus
tunc determinare. ſed reliquid cogitandum ex eo qꝛ paſ
ſus non erat ita clarus licet poſtea ipſe determinauerit
91 in. d. l. diem proferre. §. ſtari. †⁊ contra Bar. faciat in re
ſcripto tacite intelligitur clauſula ſi preces veritate nitan
tur. c. ſedes ⁊. c. ſuper litteris. ⁊. eo. pone nunc ꝙ iſta con
ditio exprimitur in reſcripto faciet ne conditionẽ talis
expꝛſſio ⁊ Bal. in indiuiduo in. l. preſcriptione. C. ſi cõ
tra ius vel vtil. publi. in tertia ⁊ in quarta col. in verſicu
lo. ſed adhuc inſtatur contra opinio. Ioan. ⁊ in verſi. in
diſſolutione contrarium apparebit veritas huius puncti
decidit ꝙ non ⁊ ad hoc adducit doctrinam Inn. in. d. c.
92 prudentiam dicentis †ꝙ ſi in reſcripto cõtinetur hec clau
ſula ſi titius probauerit ſibi deberi condẽnetur aduerſari
us ꝙ iſta verba non faciunt conditionem ſed monitionẽ
vnde licet non probet ⁊ iudex condẽnet valet condẽnatio
dicit etiã iudiciũ delegati reducitur ad inſtar iudicis oꝛ
dinarij. l. ij. ff. de officio eius ſed in oꝛdinario valet ſentẽ
tia vt in. l. cõputat ẽ. ff. famil. herciſcun. ergo idem in dele
gato ſed arbitria redacta ſunt ad inſtar iudicioꝝ vt in
l. rem non nouam. C. de iudic. ⁊ in. l. i. ff. de arbitris. facit
etiã cõtra Bar. lex muto. §. ſi ſub conditione. ff. de tutel. ⁊
93 per illum tex. dixit ibi Bar. †papa mandat tibi vt ꝯferas
beneficiũ ſeyo ſi reperieris eum eſſe ydoneum ꝙ illa ver
ba non ſapiunt conditionẽ ſed monitionem ⁊ ſic non al
terant diſpoſitionẽ allegat no. in cle. i. de officio dele. ita
dicamus in caſu noſtro ⁊ accedat ꝙ voluit Ange. in au
tentica ad hec. C. de iudicijs. vbi dicit delegatus a prin
cipe poteſt ſubdelegare ẽt ſi ſit electa induſtria ⁊ de hoc
dicit eſſe caſum ſingul. in. d. clemen. prima. ⁊ etiam dicit
94 †ꝙ vbi papa aut imperatoꝛ elegerit induſtriam delega
c ti [c] ⁊ annecteret hec verba. ſ. tuam in hoc conſcientiã one
ramus an poſſit hanc cauſam ſubdelegare ⁊ refert fuiſ
ſe arduam queſtionẽ in facto de hoc ⁊ finaliter fuiſſe ob
tentum ꝙ ſic ⁊ ratio motiua fuit qꝛ expꝛſſio eoꝛum que
tacite inſunt nihil operatur. l. iij. ff. de leg. i. ſed iudicis cõ
ſcientia ſemper eſt onerata. l. rem non nouam. C. de iudi.
⁊ in auctẽ. iuſiurandũ qđ preſtatur ab his ⁊ de hoc dicit
eſſe caſum recte intelligendo in cle. exiui de paradiſo de
verbo. ſignifica. ⁊ in facto refert ſe ita conſuluiſſe domi
nus Abbas in. c. quoniam apoſtolica. §. i. ⁊. de officio de
lega. non tamen vidit Ang. in dicta auc. ad hec. nec alle
gauit tex. d. clemen. exiui de paradiſo. quod addite ad ea
que ſuperius dixi de induſtria perſonali. qꝛ declarat legẽ
nulli in verbo pro ſua conſcientia. C. de epiſco. ⁊ cleri. vt
hẽat locũ i cãu. c. is cui de officio delega. lib. vi. vnde pon
95 dera accurrate. †qꝛ vt iudex debeat habere conſcientiã
in iudicando eſt voluntarium tamen ſi exprimitur nõ in
ducit neceſſitatem ergo eodem modo in propꝛio ſito li
cet voluntarium eſſet arbitro ſequi iuſtam ſententiam ni
nihilominus ſi exprimať ab homine non iducit neceſſita
tem tene bene menti quia hoc euertit doctrinam Barto
li. Et vt eneruentur fundamenta Bartlo. in dicto. §. ſta
ri vbi dicit ꝙ imputetur parti quare ſimpliciter cõpꝛo
miſit ⁊ ita intelligit illum tex. ſed qñ cõpꝛomiſiſſent vt ſꝫ

b ❡ Sententie arbitri. Uide pro reſoluta iſtius quotidiane materie deciſiõe. d. Bar. ſoc. in cõſilio. cxxiiij. incip. preſcẽs cõſultatio in fin. ii. col. car. clxxxiiij. ⁊ in cõ. cxxiiij. incipi. pñs conſultatio circa medium ii. col. car. xcciiij. ⁊ in cõſilio. cxx. inci. viſiſ cõpꝛomiſſo laudo ⁊ ſtatuto in princ. verſi. circa primum car. lxxxv.

c ❡ Induſtria delegati. Adde tu ꝙ in dubio etiam ſem per induſtria perſone videť ellecta vt tꝫ el leganter Bar. ⁊ oẽs ſcribentes in. l. fidei cõmiſſũ. §. ſi. ff. de leg. iii. qñ autẽ iduſtria perſone electa videatur vide ample. ꝑ fely. non hic ſed in c. tꝫ ex quadã in. ii. col. verſi. ⁊ ratio ꝓdictorum eſt infra de teſti.

iuſ ꝓnunciaret tũc eſſet ſecus qꝛ poſſet appellari ⁊ ad h
allegat.d.l.non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit.⁊ ſic
intelligit illũ tex.ꝙ ptes cõpromiſerunt vt de iure ꝓnun
ciaret.cũ ergo nõ ꝓnũciauit de iure exceſſit formã cõpro
miſi ⁊ ſic Bar.nõ aſſumpſit fundamentũ ꝙ expreſſio eo
rum q̃ tacite inſunt opatur formã ⁊ alterat illud qd taci
te inerat licet doc.omnes aliter ſenſerint Barto.voluiſſe
nunc videñ.eſt an.§.ſtari dicat illud ꝙ dicit Bar.⁊ certe
nõ.nam ibi dicit ſiue equa ſiue iniqua ſit ſtari debet ſentẽ
tie arbitri ⁊ ſibi imputet qui cõpromiſit ⁊ equo animo
ferre debet ſniam minus probabilem ita formaliter loq
tur tex.ille vnde ſi ptes cõpromiſiſſent ſimpliciter text.di
ceret ſibi imputet qui ſic cõpromiſit ſed tex.dicit ſibi ipu
tet qui cõpromiſit vnde iuriſcõſultus nõ iputat qualita
tem ⁊ modũ cõpromittendi niſi ipſum cõpromittere ſiue
ergo cõpromiſerit de iure ſiue ſimplr non eſt cura qꝛ tex.i
properat ipſum cõpromittere ⁊ per conſequens potius
tex.ille eſt cõtra eum.⁊ faciat ratio qꝛ lex. graue tulit ꝙ
ptes accedant ad arbitrũ potius ꝙ eiuſdem ordinarium
ideo ſtatuit eis imputandũ eſſe iſta ratio ita militat ſi cõ
promiſerunt de iur.ſicut ſimplr qꝛ in omni caſu declinãt
forum ordinarium ⁊ ſi aliter diceremus ſequeretur ꝙ p
viam indirectam non eſſet partibus imputandum ſi cõ
promiſerint ꝙ eſt contra illũ tex.ar.c.cum quid vna via
de reg.iur.in.vi.l.oratio.ff.de ſponſa.quinimmo plus di
96 xit tex.in.l.i.ff.de arbi.† ꝙ cõpromiſſa redacta ſunt ad in
ſtar iudiciorum ſicut ergo illa verba facias iuſticiam di
recta iudici non inducunt nouam formam eodem modo
non inducunt nouam formam in arbitro quinimo plus
dico ꝙ glo.multũ ſingularis de qua ipſemet Bar.excla
97 mat in.l.iij.ff.de arbi.dicit † quare eſt ꝙ a ſnia arbitri nõ
appellatur ⁊ tamẽ laudũ arbitratoris reducitur ad arbi
trium boni viri glo.reddit rõnem mirabilẽ.ſ.qñ ptes cõ
promittũt in arbitrũ faciunt eum bonũ virũ vnde nõ cõ
promittunt in eum vt in bonũ virum ſed ipſum faciũt bo
nũ virum ſecus aũt in arbitratore.modo ſi per cõpromiſ
ſũ arbiter eſt effectus bonus vir a ptibus.ſiue dicant ſim
pliciter vt decidat ſiue dicant vt decidat ſm ius nihil re
fert qꝛ oĩno eum fecerunt bonũ virũ iuxta illud eſopi nõ
emptum longa prece ferte magiſtrũ.l.ſed ⁊ ſi quis ad fi.
in ver.iputet ſibi.ff.de inſtitutoria.l.cũ mandato.ff.de mi
no.⁊ iſta ratio deicit in ꝓfundũ illã ellegantẽ doctrinã
98 Bar.⁊ ex illa glo.reſultat vnũ ꝙ eſt mirabile.vʒ † cõpro
mittit in aliquẽ vt in arbitratorẽ ⁊ apponit iſta clauſula
ſ.facientes eũ bonũ virũ ꝙ ille erit arbiter ⁊ nõ arbitra
tor ꝙ eſt multũ ſingulare vide Bart.in.d.l.iij.⁊ ex iſtis
appet qd.§.ſtari nõ facit ꝓ bar.itẽ allegauit Bar.d.§.de of
99 ficio vbi dr † ꝙ arbiter non põt excedere fines mãdati p
quẽ tex.Bar.in.l.aquiliana.ff.de trãſac.dixit ꝙ arbiter
non põt cogere partẽ vt det aduerſario rẽ de qua nõ eſt
ꝯtentio licet ꝯ hanc doc.ſuã ſit caſus ſin.⁊ vnicus in.c.ni
ſi de preben.vide ibi do.Ant.⁊ ſic ille tex.no.loquitur qñ
in cõpromiſſo fuit expreſſum.vt ſecundum ius pronũcia
ret qꝛ non fuerit expreſſum tamẽ tacite inerat ⁊ ideo text.
ibi reſtringit ſe ad rem vt apparet niſi de quare compro
miſſum ſit.⁊ ad illud qd dicebat Raph.in.l.i.C.de arb.
ꝙ quando partes cõpromittunt vt ſʒ ius ꝓnunciet vidẽ
tur voluiſſe ꝙ non poſſent appellari.iſtud iudicio meo
eſt ſincophata dignũ quia ſatis erat expreſſum a lege in
penã coꝝ vt non poſſent appellare.vnde non eſt veriſimi
le ꝙ plus voluerint ſe ligare quã faciat lex.l.cũ de inde
bito.ff.de proba.⁊ ſi quiſpiã opponat ꝙ.§.ſi ſub cõditio
ne non obſtat dicto Bar.qꝛ loquitur in decreto iudicis
100 † nã iudex ſemp intelligit facẽ ſʒ cẽſurã legis vt ẽ tex.me
lior de iur.in.l.ij.C.de offi.ciuiliũ iudiciũ itẽ ibi loquit in
datione tutoris q̃ fit per iudicẽ ⁊ que nõ recipit cõditio
nẽ.l.actus legitimi.ff.de re.iur.⁊ ſic ne actus peat recedi
tur a ꝓpria ſignificatione verborũ.⁊ ex hoc illa verba cõ
ditione alia non important conditionẽ nec ſuſpenſionẽ
ſed ad monitionem.ſed in caſu Bar.loquitur in partiũ

¶ Sint ordi
nis. Adde ad
mãʒ vltra oẽs
Fely. hic in co.
vq. circa prĩci
piũ vbi primũʒ
ſignũ vbi p or
dĩʒ mouere oẽs
q. in mã ordis
cõtingẽtes ad
ducẽdo h oẽs
⁊ multo plura
q̃ vide tu.

conuentione ⁊ vbi forma data poteſt ſe habere ad ſubſtã
tiã ⁊ ad ſuſpẽſionẽ eſſentie ꝓprie ſumẽdo nõ iportant ad
monitionẽ tñ.⁊ ex hoc nõ obſtat qd voluit Inno.in.d.c.
prudentiã ⁊ Bal.in.d.l.preſcriptiõe qꝛ ipſi ⁊ iura coruʒ
loquunt in conditionibus adiectis a iure vel a miniſtro
iuris vt in reſcriptis q̃ ꝓcedunt ad obſeruantiã iuris cõis
vt in.l.falſus.C.de diuerſis reſcriptis vnde nõ eſt mirañ
ſi redigant ad regulas iuris cõis ipſa ſic conditionaliter
poſita ſed i caſu Bar.ſumus in cõuentione partiũ q̃ ſepe
dat legem ꝯctui.l.i.§.ſi cõuenerit.ff.depoſiti qꝛ ad hoc rñ
deo idem eſſe in actibus ex conuentione partiũ factis ſi
ue loquamur in cõpromiſſis ſiue in ſtipulationibus ſiue
in diſpoſitionibus priuatorum que accedunt ꝯuentioni p
tium vt in diſpoſitionibus vltime voluntatis vbi non ſu
mus in iudice vel eius decreto nec in iuris miniſtro.ſʒ ma
gis cõparantur partiũ conuentioni vt in.l.ſeruuʒ.§.cum
g de le.i.hoc appet ex lege nõ recte.C.de fideiuſſ.⁊ i.l.hu
iuſmodi in pñ.d le.i.l.i.§.ſi ſub ꝯditõe.ff.vt legatoꝝ noĩe
caueat q̃ iura loquuntur in vltimis voluntatibus ⁊ in ꝯ
ctibus vbi talia verba apponunt ⁊ tamẽ magis inſpicit
natura ſubiecte materie q̃ʒ ſtricta ſignificatio verborum
ita in propoſito conſiderata natura ipſius laudi que ẽ ꝙ
ſnia arbitrij ex hoc non poſſit dici nulla vt in.d.§.ſtari ni
ſi dolus interueniat vel error iur.expreſſus vt no.in.d.§.
ſtari ⁊ in.l.ita demũ ⁊ in.l.arbitrorum.C.eo.ita vbi eſt
conuentio partiũ verba debent intelligi ſm ſubiectã mãʒ
⁊ iur.diſpoſitionẽ.l.ſi vno.ff.locati.l.imperatores.ff.de in
101 diem adiectione.† item vbicũqʒ emanat cõuentio partiũ
in dubio itelligit vt nõ ledat ius cõe.c.i.⁊.ij.de filijs pſbi
ter libr.vi.c.paſtoralis ⁊.c.in his de priuile.l.i.ff.de iur.
immuni.l.fina.C.de ſtatuis ⁊ imaginibus.⁊ ita debet in
telligi ne ſpecialiter prohibita videãtur induci.l.q̃ʒ q̃ʒ.ff.
de ritu.nup.l.ſi pater.ff.que in frau.cre.ſed de iur.cõi.eſt
ꝙ ſnia arbitri per iniuſticiã ptis non põt dici nulla ſi nõ
eſt expreſſus in eis error vt in.d.§.ſtari ergo iſta regula
vt ſm ius ꝓnũciet nõ dʒ intelligi vt poſſit dici de nullita
te ⁊ de hoc allego Jo.an.in regula i gñali lib.vi.in mer
102 curia.⁊ facit ẽt ꝯ Bar.c.ex inſinuatione.J.eo.vbi † ſi papa
cõmittit cauſam vt iudex prima rõne vel iuſticia ꝓcedat
ẽt tale mandatũ potius ſapit monitionẽ q̃ʒ formam.ita
dicamus in propoſito.⁊ licet do.octauianus Cardina.
portuẽſis quẽ refert ⁊ ſequit hoſti.i.c.ſi.de pbẽ.voluerit
103 † ꝙ ex cõicatio facta a delegato cui erat facta cõmiſſio vt
iuſticiã faceret ſi tulit iniuſtã excõicatõeʒ ẽ nulla ipſo iu
re ⁊ iſta opi.fuerat ſecutus ꝯſulendꝰ ⁊ ſuppmus doctor
Jo.de lig.⁊ Lau.de pinu.⁊ Gaſpa.de cald.⁊ Lap.d ca
ſtel.q oẽs ita ꝯſulerũt vt refert.d.Car.in.d.c.ſi.de pbẽ.ni
hilominꝰ dñs Car.dicit ibi oppoſitũ fore verũ ⁊ allegat Inn.
ibi ⁊ ꝙ idẽ Inn.voluit i.c.illud de cl'ico excõicato mini.
⁊ ad rõnem Hoſti.dicẽtis ꝙ vr lata ꝯ formam mandati
vt hic rñdet qd non propter hoc dicitur tradita forma ex
quo a iure inerat tacite qd iuſticiam faceret ⁊ allegat di
ctum Inno.in.d.c.prudentiam ⁊ domi.Jo.an.in.d.c.ex
inſinuatione ⁊ idem ſequitur ibi do.Ant.⁊ Jo.de imol.
⁊ ꝓ certo dictũ Bar.habuit originẽ ab iſto dicto hoſt.⁊
octauiani ⁊ ex iſtis multiphariẽ demonſtratum eſt bart.
non bene dixiſſe.poſſet tamen dictum eius ſaluari eo ca
ſu quo tale laudum ſaperet notoriam iniuſticiam contra
partem per text.ſingu.in.c.inter cetera de re iudi.⁊ p fin.
dictum hoſtien.in.c.ij.de arbitris ⁊.G.in.c.a iudicibus
i.q.vi.tene menti predicta qꝛ cum laude dei non ſunt tra
denda obliuioni.⁊ limita iſtũ tex.niſi forma tradita in re
ſcripto concerneret vtilitatem partium quia eis conſen
tientibus valeret proceſſus factus contra talẽ formã hoc
voluit Inno.in.c.prudentiã de offi.dele.⁊ probat in.c.ſi.
eo.ti.ẽt ſi ꝯſenſus eẽt tacitus gl.eſt pegrina.in.c.cum oli
de officio dele.⁊ vide Bald.in.l.prolatam.C.de ſen.vbi
104 allegat iſtũ tex.vʒ † qd princeps ea q̃ non ſunt ordinis põt
a facere qd ſint ordinisꝰ qꝛ qcqd principi placuit qd ordo
eẽt ordo eſt ſubſtãtialis qꝛ pnceps nunq̃ʒ apponit ordinẽ
niſi cum

niſi cū miniſterio ⁊ rōne ⁊ ad hoc allat iſtū tex. ⁊.c.vene
rabili de offi.dele.⁊ idē Bal.in.l.i.C.de appel. in prima
105 col.dixit†vbi eſt datus ordo ab hoie ipſo iure nō tȝ ꝙ in
ordinate factuȝ eſt ⁊ ad hoc allegat iſtū tex.⁊ iō pulchre
dixit Inno.in.c.piſanis de reſti.ſpolia.ꝙ vbi excōicatio
facta eſt non ſeruata forma a iure valet ſecus ſi eēt forma
data ab hoie ⁊ ibi Jo.de imo.dicit ēt ſi forma data ab ho
mine ꝑtineret id ꝙ ius cōe ⁊ in.c.licet de offici.ordi.vide
106 Bal.vbi dicit†ꝙ licet lr̃e directe ordinatio nō faciant eū
delegatū vt ibi tñ aggrauāt eū cui ſcribiꝭ ad penā obedi
entie qꝛ piculoſius cōtēniꝭ ꝙ a pricipe imparur quā qȝ
a voce mortua vide tex.in pma ꝯſtitu.ffoꝝ in pncipio vbi
imparor prepoſterat ordinē ⁊ eſt ar.ꝙ ꝑpoſteratio facti
nō viciat ⁊ ordo verborū deſignat ordineȝ intellectus ⁊
ibi Bal.allat.c.in xp̃o pr̃ allegatū hic in iſta gl.⁊ ſubdit
Bal.ibi ꝙ ordo tendēs ad ſubſtantiā rei vel ad formaȝ
eſt imutabilis.ſed ſi tendit ad ſimplicē demonſtrationeȝ
talis ordo nō eſt de ſubſtantia.allegat inſtitu.de legat.§.
ante legis ⁊.l.quotiēs.ff.de adminiſtra.tutoruȝ ⁊ ꝓpter
hoc ſuſtentant glo.q̄ reputatur ſing.in.c.cuȝ olim de cau
ſa poſſeſ.⁊ proprieta.que dicit ꝙ ptes poſſunt facere qȝ
107 ordo ꝑpoſteretur.⁊ idē Bal.in.l.ambigiꝭ refert† an te
ſtes ſint deſcripti in capite inſtri an in fine ⁊ vide Joā.de
imo.in.l.ſi q̄ram⁹.ff.de teſt.vbi poſt Bar.Bal.⁊Ang.tā
git qñ ꝑponunꝭ plures exceptōes i qb⁹ ē ordo alr̃s ſi ordo
omittaꝭ viciat ⁊ decidit ſi puertiꝭ ordo mādatoꝝ actus
eſt nullus ⁊ ad hoc allegat tex.iſtū vide ſinglem tex.in.c.
108 in pnis.ij.q.i.q vult†ꝙ iudex dȝ pus expedire cām pau
pis quā cām diuitis.vide ēt ꝙ no.de iſto ordine Jac.bu.
⁊ Bal.in prima ꝯſtit.C.§.quibus glo.⁊ Bal.in.l.ij.§.ſi
prius.ff.de vulg.⁊ pupil.glo.ij.q.i.in ſumma ⁊ in.c.pe.de
purgatio.canoni.⁊ in.dicta.l.prolataȝ ⁊ in.l.prima.C.
de appel.⁊ in.l.ſi mancipiū.§.ſi cōmuni.ff.de cuie.⁊ in.l.
propter litem.§.i.ff.de excuſatio.tuto.⁊ ꝙ voluit Barto.
in.l.a diuo pio.§.in venditione.ff.de re iud.vbi loquiꝭ de
ordine mittendi actorē in poſſeſſionē bonoꝝ debitoris ⁊
Jo.an.i.c.qm̃.§.ſi.vt lit.nō ꝯte.ꝙ voluit Jo.an.i.c.lȝ.J de
109 offi.or.iīē allegat iſtū tex.Bal.in.l.iubem⁹.C.de iu.Iſta
tutum diſponit ꝙ ꝯtumax ponaꝭ in bāno in quo aſſigneꝭ
ei p iudicē terminus octo dieꝝ.J.quē ſi nō cōparuerit ha
beaꝭ ꝓ ꝯfeſſo an poſſit iudex iſtū terminū diminuere aut
ꝓrogare arguit pro ⁊ ꝯ ⁊ decidit ꝙ vbi tradita eſt certa
forma ſine qua effectus introduci non poteſt nō tenet ac
tus ⁊ ad hoc allat iſtū tex.⁊ idē voluit idē Bal.in.l.fin.
.§.⁊ hoc quideȝ.C.de iure delibe.⁊ in.l.obſeruare.§.poſt
hec.ff.de officio.procōſul.facit ꝙ pulchre voluit Jo.an.
110 in.c.ratum de reg.iur.in.vi.in mercuria.vbi dicit† ꝙ qñ
de forma actus debet interuenire ꝯſenſus tpe ꝯctus non
pōt ex poſt facto ratificari ⁊ Bal.ibi reddit rōneȝ qꝛ for
ma non pōt a ptibus remitti facit ꝙ voluit Bal.in.l.id
111 ꝙ paupibus.C.de epiſ.⁊ cle.in.iiij.col.verſi.†ſecūdo q̄ro
qd ſi teſtator mādat ꝙ executor ſequaꝭ ꝯſiliū alterius an
executor hēat neceſſe ſequi ſi ille talis q ꝯſulere dȝ ſit fra
ter minor refert ſe in qōne facti dixiſſe ꝙ ſic qꝛ in officijs
nō formatis a iure ſed ab hoie nō pōt recedi a forma ver
boꝝ allegat no.in.l.i.§.ſi plures.ff.de exercitoria faciat
belliſſimū dictū eiuſdē Bal.in.l.ſi puellā.C.ſi mancipiū
112 ita fuerit alie.vbi dicit†ꝙ teſtator mādauit executori vt
diſtribuat in paupes ſcōm ꝯſiliū guardiani ſancti fran
ciſci modo ꝓpter negligentiam executoris ſucceſſit ep̃s
vt in.l.nulli.C.de epiſ.⁊ cle.an ep̃s tenebiꝭ ſeq formā da
tam a teſtatore ſequēdo ꝯſiliū guardiani ⁊ decidit ꝙ ſic
ꝙ dicit eſſe valde notandum ⁊ nihil allegat ego allego
tex.in clementi.qꝛ regulares de ſupplen.negligen.prela.
⁊ cum eſſeȝ ſcholaris propter negligentiam vniuerſitatiſ
noſtre ſcholaſtice electio ad lecturas ſolitas dari ſchola
ribus fuit deuoluta ad magnificos ancianos huius ciui
tatis q volebāt eligē hȝ velle.eoꝝ corā eis allegaui ꝙ nō
poterāt ex eo qꝛ tenebāꝭ eligē ita vt tenebāꝭ ſcholares ſe
quendo formam eis traditam ⁊ allegaui ellegans dictū

Jo.an.in.c.publicato de elec.⁊.d.cle.qꝛ regulares ⁊ di
ctū Bal.i.d.l.ſi puellā ꝙ tene menti ꝑpetuo faciat ēt qȝ el
113 legāter dixit bal.i.l.i.ff.de li.⁊ po.vbi ang.dixit† diſponit
ſtatutū qȝ in inſtr̃o apponaꝭ nomē ⁊ cognomē ꝑtiū ⁊ pa
hēat aliquot nomē ellegans ⁊ notoriū vt fuit in gallo ꝑ
ſo bidello Azonis de quo per glo.in.l.ac ꝯſultiſſima.C.
qui teſta.fa.poſ.qȝ iſto caſu ſufficiat apponere ſolum no
men ⁊ idem voluit idem Ange.in.d.l.hac conſultiſſima
Bal.vero in.d.l.i.dicit hoc non ꝓcedere quando ſtatu
114 tum hoc regrit pro forma†licet enim notorium excuſet
ab onere probandi non tamen ab onere allegandi gl.eſt
ſingularis in cle.appellanti de appella.pro qua eſt text.
in.l.ſi adulterium.§.idem pollioni.ff.de adulte.facit qȝ
115 voluit idē Bal.in ſuo peculio.vbi dicit diſponit ſtatutuȝ
ꝙ dictum teſtis non valeat niſi fuerit interrogatus de cau
ſa ſcientie.⁊ teſtis cōcludit dictum ſuū cū cā ſcientie qȝ
ſi non fuit interrogatus non vȝ dictū eius qꝛ ſtatutū dat
formaȝ a qua recedi non pōt facit qȝ habeꝭ in.c.cum in
116 veteri de elec.†vbi ſi mandatur alicui vt faciat certū quid
cū ꝯſilio titij ⁊ ipſe ſubdelegauit alteri qȝ nihilomin⁹ ille
tenebiꝭ.hr̃e ꝯſiliū ticij qȝ lȝ ſit receſſū a pſona nō tñ ē receſ
ſū a forma qȝ eſt bene notandū ſm do.Abb.ibi tñ nihil
allegat tu allega ea que ſuperius dixi.⁊ ēt allega.dictū
Gaſparis de calderinis in ſuis conſilijs conſilio.xiiij.po
ſito in titulo de teſta.vbi dixit teſtator appoſuit certum
onus rei legate qȝ exequi non potuit per illum q ad hoc
eſt deputat⁹ tum deuoluitur ad alium cum illo onere vi
de ibi qꝛ pulchre loquitur facit ēt ellegans dictum Ho
117 ſti.in.c.cum olim de arbi.†vbi dicit aliquis ex diſpoſitio
ne legis tenetur facere certum qd cū cōſilio alterius ⁊ ali
ter non infringit actum qȝ valet actus ſi non fiat cum cō
ſilio illius ſecus ſi apponatur forma ab homine ar.l.cel
ſus.ff.de arbi.tene menti qꝛ temperat dicta ſuperiora fa
118 cit gl.ſingularis in cle.i.de iure patro.que vult†qȝ ſi cer
ta forma detur a lege vl' ab homine alicui alias habenti
poteſtatē ſine cl'a decreti irritantis tranſgreſſio mandati
non viciat ſecus ſi fiat alias non hn̄ti ptāē qꝛ tūc induciꝭ
forma ⁊ eſt nouū mādatū ⁊ trāſgreſſio viciat pro pmo di
cto eſt tex.nota.in.c.dilect⁹ el.ij.de pbē.⁊ i.c.ſoli.de ꝯceſ.
preben.libr.vi.pro ſecūdo dicto caſus eſt hic tene menti.
faciat ēt qȝ voluit Bar.in.l.cū hi.§.ſi pretor.ff.de trāſa.
119 †vbi dicit qȝ non poteſt recedi a forma alimentoꝝ ⁊ ſi
recederetur licet eſſet vtile alimētario adhuc non poſſet
recedi niſi auctore pretore ⁊ cauſa cognita ⁊ etiam dicit
120 †quod per iuramentum non poteſt recedi a forma quan
do lex dat formam ⁊ procedit prohibendo tamen circa
hoc ideȝ Bar.tenuit contrarium in.l.ſi quis pro eo.ff.de
fideiuſſo.quod nunc non examino.vide Joan.de imol.
in.c.cum contingat de iureiuran.facit etiam ellegans di
121 ctum Bal.in.c.i.in titu.qui ſucceſſores teneantur†vbi di
cit non poſſe renunciari cōſtitutioni ex quo dat formam
⁊ iſtum tex.ampliabitis vt ſicut actus non tenet contra
b formam [b] eodem mō non tenet ſi fiat citra formam vel ꝑ
ter tex.eſt ⁊ glo.in.c.ſi cui de ellec.lib.vi.⁊ in.c.pruden
tiā de officio dele.⁊ vide Bal.in.xx.colum.in.l.i.C.qui
admitti.in ver.extra queritur ſtatuto cauetur vbi loqui
tur qȝ quedam ſunt de forma quedā ſūt ante formā q̄dā
preter formam vide ibi per eum.⁊ temperabis omnia
dicta ſi ſuperiora vel ſi forma eſſet introducta propter vti
litatem ſeruatam vt ſuperius dixi tunc enim valeret ac
tus circūſcripta forma partibus conſentientibus tex.eſt
in capitulo piſanis de reſtitutio.ſpoliato.glo.eſt ſinglis
122 in.l.ii.de acceptila.⁊ ibi dixit Ang.†ſtatutū apponit for
mam vt in cōtractu minoris interueniat conſenſus agna
ti ⁊ contractus fuit vtiliter geſtus pro minore ſine con
ſenſu propinquorum qȝ valuit contractus facit.l.cum
hi.§.ſi eam.ff.de tranſac.⁊ ibi Bal.⁊ Guil.⁊ per eun
dem Bald.in.l.contra iuris.ff.de pac.in principio gloſ.
ſingularis in.l.quecūq3.C.de bo.q3 libe.glo.in.l.ſi quis
mihi bona.§.ſeruus municipij.ff.de acqui.her.moderni i

b ¶ Cōtra for
mas. Adde ele
gātē tex.in.c.
piſanis de re
ſti.ſpo.⁊.c.cū
hi de offi.dele.
⁊ ibi nouiſſi
me ſcribētes ⁊
vide do.alex.
de imo.in ꝯſil.
xxiii.in.iii.p
te ⁊ in ꝯſi.xxx
vii.ibi ⁊.d.bar
tho.ſoci.in ꝯſi.
xxxv.incipi.p
ſequendo ordi
nem verſicul.
veruȝ quia ibi
car.lxv.

ꝯſilio.cccix.tu limita niſi eſſet appoſita cl'a cũ decreto q2
ẽt actus eẽt nullus licet ptes ꝯſentirẽt glo.eſt in.c.dilecto
de pben.in.c.i.ꝛ.c.ſtatutuȝ de reſcript.in.vi.cle.i.eo.tit.ꝛ
in.c.ſi.de officio delega.libro ſexto.quarta diſtin.deniqȝ
ad finẽ ibi decretũ vero neceſſitatẽ facit hoc voluit bal.
in.d.l.i.C.q admitti in loco allegato ſupius.ꝛ ideo pul
chre dicebat Jo.de imo.in.l.ex facto.ff.de vulg.ꝛ pupil.
123 †ꝙ ſi ſupior cõfirmat ſtatutũ inferioris apponẽdo.cl'am
decreti ꝙ inferior non poterit reuocare aut interpetrare
tale ſtatutũ ꝛ iſta memorie comẽda.ꝛ valde iduxi in.c.ex
124 pte.ꝺ.ti.i.¶ †Ultimo no.ibi ſororibus reſtitutis†ꝙ mo
niales pñt petere reſtitutionẽ.ſed ꝯ hoc opponit gl.ſi.re
ſtitutio nõ daſ niſi ſpoliatis ꝛ is qui poſſiderũt vt in.c.cõ
ſultationibus de officio delega.c.olim el tertio de reſtitu
tio.ſpoliato.ſed moniales non poſſunt aliqua poſſidere
q2 oia ſunt monaſterij.glo.iſta ſi.rñdet ꝙ non habebant
abbatiſſam q̃ agere potuiſſet ꝛ res recuperare.ideo po
tuerũt moniales in iudicio agere ar.l.ſi longius.§.ſi fili
uſfamili.ff.de iudicijs ꝛ ideo egerunt.ſed iſta ſolutio ſe
cundum do.Anto.nõ eſt vera q2 ẽt moniales nõ hñt pro
prium ꝛ non eſt curandũ an abbatiſſa eẽt preſens an ab
ſens ꝛ ideo glo.trãſit ad aliã ſolutionẽ ꝛ cũ hoc trãſeunt
oẽs hic tu vo ꝯſidera q2 forte glo.iſta male eſt põderata
ab iſtis patribus all'at eni dictũ.§.ſi filiuſfa.ſi recte conſi
dereſ ipſa equipat monachũ filioſa.ſed filiuſfa.põt in iu
dicio experiri patre ſuo exiſtẽte longius abſente vt ibi er
go idẽ diceñ.erit in monacho ꝛ ꝓ certo miranduȝ eſt ꝙ
nemo eoꝝ viderit glo.accurſij in.d.§.ſi filius fa.que dicit
idẽ i monacho ꝛ canonico regulari ꝛ cũ ea trãſit ibi bar.
ꝛ ibi Bald.refert vidiſſe de facto in quodã appoſtata re
petẽte depoſitũ a mercatore.ꝛ ſi mihi dicaſ amice mona
chus potius equipatur ſeruo vt in.c.cum oliȝ de ꝑuile.ꝑ
Inn.ergo.§.filiuſfa.nõ hẽbit locũ i monacho.q2 ad hoc
rñdẽ poſſum allegando ſtupendũ dcm̃ vinceñ.in.c.cũ ad
monaſteriũ de ſtatu.mo.refert dñs Anto.ibi ꝛ ſeqꝰ vȝ ꝙ
monachus ex largitiõe pape põt acqrere ſibi ꝛ moueſ ex
text.l.cũ multa.C.de bo.q̃ libe.q̃ loqtur in filioſa.ꝛ lon
gior daretur diſputandi.cõflictus cui potius eqpereſ mo
a nachus°ſed ꝓnunc do.tibi concluſionẽ veracẽ ꝛ in falibi
125 lem.ſ.†ſi vtilius ẽ monaſterio ꝙ equipereſ ſeruo equipa
bitur ſeruo.ſed ſi eſt vtilius ꝙ equipeſ filioſa.eqperabiſ
filioſa.iſta eſt doct.Bal.in.l.i.C.q admitti ſed vtilius eſt
mõ monaſterio vt monachus equipeſ filioſa.ꝑꝑ recupa
tionẽ reꝝ ergo ꝛ ꝑ ꝯñs glo.iſta curata eſt a morſibibus
horũ ſcribentiũ vt ſcribiſ libro canticoꝝ lacerauerũt me
palliũ meũ tulerũt ꝛc.ſed reuerendus do.Abb.dicit ſe vl
tra alios iſtum tex.habere duos itellectus.ſ.ꝙ moniales
nõ petebãt reſtitutionẽ reꝝ ſȝ petebãt ſe reſtitui ad mona
ſteriũ vnde fuerãt eiecte ꝙ dicit appere q2 papa mandat
dari adminiſtratores abbatievt hinc ide reſignenſ bona
ſubtracta ideo debet intelligi quod moniales fuerunt
hinc inde expulſe hinc inde ſubtraxerũt bona ideo papa
mandat eas reſtitui ꝛ ſm iſtũ intellectũ ceſſant ꝯria ꝛ ſȝ
126 iſtũ itellectũ eſt hic caſus†ꝙ monachus expulſus de mo
naſterio põt petere ſe reſtitui ad monaſteriũ licet Hoſti.
dicat debere implorare iudicis officiũ ad hocquaſi nõ cõ
petat ſibi actio ad inſtar.ſerui iplorãtis officium iudicis
ꝯtra dñȝ ſeruientẽ vt inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.
§.ſed hoc tẽpore ſed ipſe Hoſti.in.c.itẽ cũ quis ꝛ gofre
dus de reſt.ſpolia.tenẽt ꝙ imo cõpetebat ſibi actio.ꝛ ad
hanc ptẽ dicit inclinari Inno.in.c.olim eo.ti.tu cõſidera
ꝑmo ꝙ.d.Abbas ꝑcutit ſe cũ ligone ſuo q2 ſupius dixit
ꝙ hic erat nouus caſus ſm eũ ꝙ adminiſtratio non de
uoluebaſ ad cõuentuȝ q2 ſiniſtra ſuſpitio erat de monialĩ
bus modo dicit ꝙ expulſe fuerant monaſterio ergo ſeq
tur ꝙ ideo papa ꝯdit adminiſtratorẽ abbacie q2 nõ erãt
moniales ad quas deuolvereſ adminiſtratio ꝛ per ꝯñs
ſequendo iſtum intellectum do.Abb.videtur deſtructus
ꝑmus itellectus datus ab eo ꝛ ꝑ ꝯñs in promptũ incidit
ꝑcipiciũ qnimo plus audeo dicere ꝙ ipſe male cõſidera

uit iſtum tex.ꝛ male loquiſ q2 tex.iſte dicit.g.ꝛ quibuſ
dam eccleſie ſororibus reſtitutis ex quibus verbis appa
ret ꝙ non fuerunt expulſe omnes moniales ſed alique ex
illis que fouebãt partẽ.g.monialis electe ꝛ ideo iſte tex.
optime probat eiectionẽ.g.ꝛ quarũdã ſoroꝝ de monaſte
rio ꝛ ſic papa cõmittit eas reſtitui reglr aut monachus
non põt recedere de monaſterio fallit in vno caſu elegãti
ꝛ mirabili de quo Bal.refert ſe fuiſſe interrogatũ a ge
127 nerali miniſtro fratrum ſancti franciſci.† vȝ monachus
pro re leui eſt intollerabiſr torq̃.ab abbate põt recedere
de monaſterio ſine licentia abbatis allegat.l.ij.§.dñoruȝ
.ff.de his q ſunt ſui vel alie.iur.q2 animus facit appoſta
tam ꝛ non fuga.l.quid ſit fugitiuus.§.idem celſus.ff.de
edilicio edicto ita belliſſime dixit Bal.in.c.ad noſtrã de
appel.item hic non apparet ꝙ intentauerint actioneȝ ad
huiuſmodi reſtitutionẽ petendã ego credo ꝙ iudicis offi
cio debuerunt illaȝ iplorasse ꝛ moueor hoc mõ aut equi
peramus monachũ filioſa.ꝛ tunc dico ꝙ põt iplorare iu
dicis officium iſta eſt glo.ſingularis in.l.i.C.qui admitti
que loquitur in filioſa.aut equiperamus eũ ſeruo.ꝛ ideȝ
textum habetis in.l.ſeruus.ff.de bonorum poſ.titulo ge
nerali.quinimmo allego Bar.in.l.ſeruos.ff.de alimẽtis
128 ꝛ ciba.lega.†vbi dicit relicta ſunt alimenta ſeruo vel mo
nacho eo caſu quo ipſe poteſt experiri decidit ꝙ implo
rabit iudicis officium per illum tex.ꝛ ſic ex iſtis appareſ
quid teneñ de primo intellectu domini Abb.ad iſtuȝ tex
tum ſecũdus intellectus eſt ꝙ moniales petebant reſti
tutionem rerum ꝛ tunc oportet intelligere ꝙ abbatiſſa
dum viuebat conceſſerat eis quedaȝ vtẽſilia que tenebãt
ad vſum monaſterij quibus fuerant ſpoliate.ideo potue
runt petere reſtitutionem ad inſtar ſerui.l.i.C.ſi per vim
vel alio modo ꝛ intellige ꝙ moniales agebant nomine
b monaſterij ꝛ non nomine°proprio ſicut in ſeruo vt nota.
in.d.l.i.glo.tñ iſta in verbo vel q2 petit recedit ab illa ꝑ
ma ſolutiõe ꝛ trãſit ad aliam.ſ.ꝙ monacha petit reſtitui
non tanq̃ȝ monacha.ſed tanqȝ de corpore vȝ quãdo mo
nialis pro re temporali ꝛ particulari vult agere nomine
129 eccleſie quo caſu põt ꝛ dat ſimile†q2 ſi collegium nõ hȝ
vñ ſoluat ſingulares de collegio puta Pet.ꝛ marti.ſol
uere debẽt debitã collegij ꝛ audiui ꝙ do.Abb.cum lege
ret hic dicebatur ſibi ꝙ camera nõ habebat vnde ſolue
ret audio ꝙ allegabãt iſtã glo.ꝙ ſingulares de ciuitẽ de
hebãt ſoluere facit ꝙ habeſ i.l.i.§.qbus.ff.ꝙ cuiuſqȝ vni
130 uerſi nomine dicit etiam iſta gloſ.† ꝙ ſi duo monaſteria
ſint iuncta ꝛ contingat diſſolutio'quilibet ipſoꝝ poterit
apportare alteri monaſterio illud quod contulerat pri
mo mona.ꝛ diſtinguit hic Jo.de imo.poſt do.Anto.ꝛ
alios qñ monachus poſſit agere qꝺ aut vult agere noie
ꝓprio ꝛ non põt vt dictuȝ eſt ꝛ fallit in cã criminali qñ
accuſat abbatẽ.c.ex parte de accu.fallit in cauſa ſue elle
ctionis vt hic qꝺ intellige ſm no.in.c.nullus ꝛ in.c.ſi re
ligioſus de ellec.li.vi.fallit ſi vult reſtitui ad clauſtruȝ.c.
placuit.xvi.q.i.ꝛ propter anime periculum põt clamare
morior ſine clauſtro ꝛ index ad clamorẽ eius de facto in
quiret ꝛ reſtituet ꝛ per conſequens poteſt petere alimẽ
ta vt nota.in dicto capitulo ex parte ꝛ in dicto capitulo
placuit quod temperant hic ſcribentes quo ad alimen
ta futura non autem quo ad alimenta preterita q2 dolo
131 faceret petere qꝺ reſtituturus eſſet.†Ego limito vobis
niſi monachus recepiſſet alimenta mutuo q2 vt ſatiſface
ret creditori poſſet alimẽta preterita petere hoc dico per
elegantem doctri.Barto.in.l.libertis.ff.de alimentis le
gatis ꝛ per no.in.c.cuȝ paſtoris.ij.q.vij.vide ibi domini
cum ꝛ adducas mirabile dictum Bart.in.l.his ſolus.ff.
132 de condictio.indebiti dicẽtis†mutuaui patri familias pe
cuniam vt alimẽtaret filios eius ipſe eſt pauper ꝛ ab eo
conſequi non poſſum qꝺ ego potero repetere a filijs ſi ali
unde habeant bona reliquit tamen ibi Bar.cogendũ ſi
vero vult agere noie monaſterij poteſt ſi habeat admini
ſtrationem idem ſi abbas eſt abſens a longe ꝛ periculuȝ
eſt in mora

a ¶ Monachus. Qui ãt monachus eq peretur ꝛſi.d. And.exprimere noluerit ſi tibi ocij. quid ſupereſt ꝛ vidẽre. cupias ad eas Bal.in.rubrica.C.de reſcin.vendi. Alex.poſt Bar. in.l.i.de ſtipu. ſeruo. Innoc. in.c.cum olim de priuil.ꝛ eũdem Bal.in.l. ſi liber.C.ꝺ cõdit.ob. cau. ꝛ in cõſilio quodaȝ incip. monachꝰ ꝛ dicta Alexa.in.l. ſi cum dicaſ .ff. de cõd. fur. ꝛ monica ꝛ maria que ibi remiſſiue apud ipos allegatiſ locis videſ poteris.

b ¶ Nomine ꝓprio. Adde tu ꝙ regulare ẽ ꝙ monachꝰ nihil agat nomine ꝓpo ẽtſi ſpolietur cappa cũ illã ñ poſſideat ſȝ potiꝰ noie monaſterij detine at vt ẽ ſolẽnis gl.i.c.nõ dicaſ xij.q.i.cũ filio mortuo hẽaſ vt eſt ellegãs text. in.l.deo nobis.C.epiſ. ꝛ cle.ꝛ bar.in l. ꝑſes de his q ſunt ſui vel alie.iu.

eſt in mora vt voluit glo.iſta idē ſi eſt in ſtudio cū licētia
Abbatis per id qđ hr in.c.nolo ꝛ in.c.non dicatis.xij. q.
133 i. ꝛ ēt voluerūt dñi de rota ꝯcluſiōe.ccxvi.† ꝙ moniales
poſſūt agere ꝓ adminiſtrationibus ſibi cōmiſſis ꝛ rebus
ipſaꝝ allñt guil.in cle.Abbates.ꝟ.eod. ꝛ qđ no. Arch.
in.c.ij.de iud.lib.vi.dixit tñ Jnn. ꝛ alij ſcribētes in.c.edo
dinario contra.c.debitus de appel. ⁊ dicit Innoc.hoc.cͦ.
intelligendū.ꝙ ſi ſuper perſonali conuenitur quis coram
delegato ſi cōtra ipſum ſuper alia actione impetretur ali
us delegatus impetrās carebit cōmodo litterarum ⁊ cō
demnabitur in expēſis vt hic ſecus ſi coram ordinario cū
hoc non reperiatur prohibitum.⁊ ſequitur hoc dictū In
nocen.Compoſtel.hic do.Abb.hic dicit ſe diſtinguere ꝙ
ſi coram pluribus ordinarijs ſuper pluribus actionibus
conueniatur que cōmodius tractari poſſunt coram vno
tunc habeat locum diſpoſitio iſtius text. ⁊ etiam glo.iſta
qꝛ ex identitate rationis fit extenſio maxime cum hoc cō
tineat magnam equitatem.allegat in argumē.c. cum di
lecta de confirma.vtili vel inutili.⁊ iſto modo non proce
dat dictum Innocē.⁊ Compoſtel. Sed pro certo hoc te
nuit Joan.monachi in.d.c.diſpendia.vbi ponit exemplū
in archiep̄o renenſi. ⁊ archidiacono. ⁊ allegat in argu.
l.i.ff.de officio conſul.⁊ allegat etiam.d.c.cum dilecta. ⁊
ſequitur ibi Joan.andre.ibi dicens equuꝫ eſſe ſeruare in
ordinarijs.ita ſed ſi cōtrarium fiat non habeat locum pe
na.d.c.diſpendia.⁊ ſequitur ibi Joan.de fantucijs ⁊ do.
Dñicus ⁊ do.Cardina.hic. Sed ſi volo conuenire te co
ram delegato pro vna actione.⁊ corā ordinario pro alia
tunc aut prius incepi conuenire te coram ordinario.⁊ ob
ſtat exceptio ſi pro alia actione volo conuenire te coram
delegato dum poſſit cōmode coram ordinario tractari.
argumen.huius tex.Aut prius conueni te coram delega
to.⁊ tunc habeat locum opi.Innocē.vt poſſim conueni
re te ſuper alia coram ordinario ne actio mea interiꝫ fru
ſtretur ⁊ maxime hoc procedit ſi volo te conuenire ſuper
actione coram ordinario exorta poſt impetrationem re
ſcripti.⁊ ita ſm do.Abb.hic.Bal.vero hic dicit ꝙ coraꝫ
diuerſis ordinarijs poteſt quis trahi ſup pluribus actio
nibus qꝛ lex dat iudicem ordinarium nec eſt ibi aliquod
delictum in impetrando quia ꝙ a lege cōceditur non im
petratur argumen.l.i.C.vbi petantur tutores. Ange.ve
ro in dicta aucten.⁊ ꝯſequēter dicit ꝙ ſi actor impetrat
iudicem delegatum in vna cauſa poterit coram quocūqꝫ
ordinario competenti vexare pro omnibus alijs cauſis
tam realibus qꝫ perſonalibus.licet non coram alijs dele
gatis.allegat Innocē.hic.⁊ in.d.c. diſpendia. dicit etiaꝫ
105 ꝙ non licet reo reconuenire actorem coram iudice dele
gato niſi pro cauſa pro qua actor erat ſibi obnoxius tem
pore delegationis ſicut nec licet actori agere contra reuꝫ
virtute eiuſdem delegationis niſi in cauſa precedēte dele
gatione.ita limitat.d.aucten.⁊ conſequenter.Jo.andre.
in.d.c.diſpendia.⁊ idem voluit in addi.Specul.in titulo
de reſcripti preſentatione ad fi.Et adde Bal.in.l.cum pa
pinianus.C.de ſenten.⁊ interlocuto. oīum iudi. vbi dicit
ꝙ ſi actor ⁊ reus habent plures iudices ⁊ actor cōuenit
reum coram vno ⁊ reus actorem coram alio ordinario
poteſt coram illo proſequi ius ſuum. dicit tamen hoc nō
eſſe bene tutum niſi vbi non poteſt conſuli reo per recon
uentionem dixerint profecto quicquid voluerunt prefati
106 ſcribentes.† Mihi videtur non eſſe recedēdum a deciſio
ne iſtius glo.nam iſtud capitulum ponit ius equum ⁊ ſa
lutare ⁊ vtile reipublice ⁊ laboribus ⁊ ſumptibus ſubdi
torum diſponit enim ꝙ ſi corā vno delegato poſſunt plu
res cauſe cōmodius tractari ꝙ non debent plures dele
gati impetrari pro illis pluribus cauſis.⁊ hoc ne reus fa
tigatus ſumptibus ⁊ laboribus cogatur componere aut
cedere.iſta rō hꝫ locum ſiue reus conueniat in vna cā co
rā delegato ⁊ in alia corā ordinario ſiue corā duobꝰ ordi
nario ⁊ corā delegato.vnde ſi cōmodiꝰ pñt tractari corā
eodem diſponit iſte tex.ꝙ tractentur alias priuetur com
modo litterarum contrarium faciens. vnde licet iſte tex.
concipiat verba ſua in delegatis.tamen ratio ⁊ mens cō
dentis fuit idem in ordinarijs. ergo debemus extendere
verba legis vt ſeruemus mentem legis.l. ſcire oportet.§.
ſi maxime.ff.de excuſa.tutorum. glo.in clemen. prima de
electione.nec ratio Innocē.obſtat cum dicit ſequi abſur
dum ꝙ non poſſet agere coram delegato quia non eſt ſi
bi cōmiſſa cauſa.quia reſpondeo imputet ſibi actor qua
re non impetrauit ſuper pluribus actionibꝰ. Nec obſtat
cum dicit ꝙ detrahitur debitꝰ honor ordinario quia po
ſito ꝙ ita eſſet detrahitur a papa ⁊ ſic ab eo qui detrahe
re poteſt.argumē.l.iudicium ſoluitur.ff.ď iudicijs. ⁊ etiā
quia papa hic principaliter intendit prouidere laboribꝰ
⁊ ſumptibus ſubditorum ergo ⁊c̄.Et per ꝯſequens glo.
iſta mihi videtur verior. ¶ Nota ibi aut reus actorem

107 †ꝙ reus non poteſt trahere actorem ad loco diuerſa eo‑
dem tempore hoc eſt eadem die ⁊ hora. nec etiam facere
a citari ad locum in determinatum ſeu equiuocum ᵃ⁊ dicit
in determinatū.i.ſine aliqua adiectione.vel circunſtantia
per quam ab alio diſcerni poſſit ⁊ ſic equiuocatio eſt euitā
da facit qđ dictum fuit ſupra. ¶ Glo. in ver. aut reus in
fert ꝙ reus poſſit trahere actorem ad vnum locum certū
⁊ determinatū. poſtea opponit ⁊ ſentit gl. iſta ꝙ de vi hu
ius decretalis non prohibetur trahi actor coram alio iu‑
dice ſe trahatur ad certum locum. ſed bene poterit actor
excipere de eo qđ habetur in auē. ⁊ cōſequenter. C. de ſen
ten. ⁊ interlo. oium iudi. facit qđ habetur in. d.c. diſpen‑
108 dia. ⁊ qđ no. per Ange. in. d. auē. ⁊ conſequenter. †Quid
ſi ꝓcurat trahi actorem ad diuerſa loca nec excipitur. an
valeat proceſſus glo. iſta in fine. dicit proceſſum valere.
idem tenet Innoc. dūmodo his coram quo agitur alias
habeat iuriſditionē. l. i. ff. de iudicijs. Alij tamen vt refert
Inno. contradicunt Hoſti. dicit primum procedere quā
do trahitur coram ordinario. iij. q. vij. pulſatus. ⁊ in lay
cis hanc vero vltimam opinionem dicit procedere in cle
ricis niſi epiſcopus proprius conſentiat ⁊ remittit ad. c. ſi
gnificaſti de foro compe. hodie dicit proceſſum non tene
re. vt in. d.c. diſpēdia. de quo hic in gl. ſi. ita reſidet hic. d.
Cardi. Mihi autem videtur vt ſuperius dixi ꝙ etiā de
iure iſto proceſſus ſit nullus per iſtum tex. in verſi. careat
ꝙ verbum eſſentialiter ⁊ formaliter eſt priuatiuū. vt vo‑
luit glo. in. l. prouidēdum in verſi. careat. C. de poſtulan.
ſed ſi locus eſt incertus tenebitur ne citatus cōparere gl.
in ver. aut reus dicit qđ non ꝙ temeraria eſt citatio. l. eū
quem temere. ff. de iudicijs. nec eſt in poteſtate rei eligere
locum iudicij. vt dicit illa lex notabilis. l. non vtiq̄. ff. de
eo qđ certo loco. ⁊ ſupple quando nullus locus eſt appo
ſitus. ſed vbi eſt appoſitus locus in determinatus ⁊ ex cir
cunſtantijs aliquibus expreſſis certificetur locus de illo
intelligiẜ. vbi vero non certificaẜ ex circūſtantijs. tūc ſi in
aliquo loco eiuſdem nominis hꝫ habitationem iudex qui
citat de illo intelligiẜ ſi aūt non habet habitationē in ali‑
quo dictorum locorum. tunc habeẜ perinde ac ſi nullum
locum iudex ſtatuerit. ſed ↄ̄trium videtur velle hic tex. dū
vult ꝙ debet cōparere in vtroq̄ locoꝝ alias poterit excō
municari vt tamen euitet excōicationem poterit per ſe in
vno loco cōparere ⁊ in alio per ꝓcuratorem poteſt tamē
109 dici †ꝙ citatio vt incerta non ligat citatum. l. aut qui ali
ter. §. i. ⁊ qđ ibi no. Bar. ff. qđ vi aut clam. ſi tamen excōi‑
catur citatus q̄ non cōparet tenebit excōicatio lꝫ non p̄
cedat legitima citatio q̄ eſt ſpeciale in ſententijs de quo
dic vt dixi in. c. ab excōicato. ē. eo. Et ex predictis habes
hic caſum q̄ trahens actorem ad locum equiuocum in
nomine aliter non certificando caret cōmodo litterarū.

a ¶ Equocū. Nō intelligaẜ hic de citatiōe ſcā ab ordinario hñte certū tribunal. nam talis citatio ēt ſine loco valꝫ ⁊ tꝫ ita ſingl'r Barto. angel. ⁊ oēs ſcribētes in. l. ſi vt ꝓponis la. ij. C. quō ⁊ qñ iu. ⁊ ange. plene in. l. i. § hec ſti ꝑ'o. v. q. colū. ff. ſi cui pluſq̄ ꝑ. l. fal. ſec' ēt in dlegato. q̄ dꝫ fieri cū le ci expſſiōe. vt te nēt Bar. ang. ⁊ oēs allegātis locis. ⁊ ſpecu. i ti. d cit. §. l. vide ibi dio.

b ¶ Expenſe. Contrariū tñ regl'r eſt verū vt lꝫ elegāt'r ⁊ copioſe do. Alex. de imo. in. l. i. de alien. iud. ⁊ Bar. in. l. i § ſi. ff. ſi qs tus dicē. non ob. vbi dicit de rū niſi in expē ſis rōne cōtumacie ꝑ quo vide not. in. c. in nr̄a. de iuriſ. ⁊ Spe. in ti. de fruc. ⁊ interēſſe. §. vi. v. in ſūma. ⁊ do. Alexā. vbi ſupra. ſed nūq̄d cō vide Bal. in. l. termiato i vlti. col. C. d fruc. ⁊ lit. expenſis.

110 ¶ †Nota ꝙ excōicatio iniuſta etiam ꝓcurata a reo re‑
pellit ab agendo repellit etiam ſi ſupueniat iudicio inco‑
hato ⁊ ſic ius dilatorium ſupueniens lite pendente profi
cit. faciat qđ habeẜ in. l. ij. C. de cōſortibus eiuſdem litis.
111 ¶ †Nota etiam ꝙ repulſus a proceſſu videtur repulſus
ab intentione. ¶ Nota ibi careat cōmodo litterarum. ⁊
in moderatis expēſis ac damnis ↄdemnenẜ aduerſarius
112 in penis que imponunẜ ab ↄ̄tentibus lr̄is apoſtolicis †q̄
priuanẜ cōmodo litteraꝝ ⁊ puniunẜ in expenſis modera
tis. facit. c. finem litibus de dolo ⁊ contu. vbi deficiens in
probatione puniẜ in moderatis expēſis. ⁊ ibi pulchre di‑
xit Bal. †ꝙ ſi quis ꝓmittit ſoluere expenſas alicui intel‑
113 ligiẜ de expenſis moderatis. ⁊ non de expenſis effuſis. al
legat glo. q̄ꝫ dicit eſſe ſingularem in auē. de iudicibus. §.
oportet. faciat. c. cum dilecti d dolo ⁊ contu. c. cum veniſ‑
ſent de eo qui mittitur in poſſeſ. ⁊. c. i. J. de ſequeſtra. ⁊ di‑
cit hic do. Cardi. ꝙ quando quis dānatur in expenſis in
telligitur de moderatis ⁊ per iudicem taxatis. allegat. c.
cōſtitutus de procura. Tu vide glo. magnam in. d.c. finē
114 litibus. ¶ †Nota ēt ꝙ non ſolum puniẜ in expenſis. ſed
etiam in damnis. facit. l. ſancimus. C. de iudicijs in verſi.
dāna ⁊ expenſas. ⁊ in. l. non ignorat in verſi. diſpendia ⁊
ſumptus. C. de fructibus ⁊ litis expenſis. ⁊. d.c. diſpēdia.
⁊ per ↄ̄ñs ſimul ag tur ad damna ⁊ expēſas. c. i. ⁊. c. oliꝫ
de iniurijs. quādoq̄ tñ agitur de expenſis ⁊ non de dam
nis. c. in noſtra de iniurijs. ⁊ ſic differunt damna ⁊ expen
ſe vt hic. ⁊. d.c. in noſtra. vbi fuerunt remiſſa ad damna p̄
pactum ⁊ iuramentū. †vnde ſtricto modo capiēdo dam‑
115 na ⁊ expenſe differunt alias nomine damnoꝝ veniunt ex
penſe. l. inter quos. §. ſi. ff. de damno infecto. vbi qui teneẜ
de damno infecto teneẜ ad ſumptus aduerſarij de quo p̄
Archi. in. c. in primis. ij. q. i. ⁊ vltra omnes ſcribētes hic
116 poſſet iſte tex. induci ad q̄ōnem. †facta eſt trāſactio ſuper
damnis. an videaẜ facta ſuper expenſis. Et iſte tex. pōt al
117 legari ꝙ non. †nam trāſactio eſt ſtricti iuris ⁊ non exten
ditur. l. qui cū tutoribus. ⁊. l. cum acquiana. ff. de tranſac.
Cum ergo ſtricte appellatione damnoꝝ non veniant ex‑
118 penſe. vt in. d.c. in noſtra ergo ⁊c. †Sed ſi facta eſſet trā‑
ſactio ſuper p̄ncipali. an videaẜ facta ſuper expenſis. Io.
an. in rubrica de eo qui mittitur in poſſeſ. lib. vi. refert Io
annē de deo diſputaſſe ꝙ non q̄ aliud eſt trāſigere ſuper
principali aliud ſup expēſis. allegat. d.c. in noſtra. ⁊. c. cū
olim de priuile. tum q̄ ſepe vincens in p̄ncipali ↄdemna
tur in expenſis. c. calumnia de penis. ij. q. vi. appellatione.
Nec obſtat. l. eos. C. de vſuris. vbi diciẜ ſupuacuū eſt p̄n‑
cipali actione non ſubſiſtēte de vſuris vel fructibus quere
re. q̄ vſure vel fructus magis ſunt ↄnexe ſorti p̄ncipali q̄ꝫ
expenſe ↄtumacie negocio p̄ncipali. vt patet ex notatis p̄
glo. in. c. finem litibus de dolo ⁊ contu. ⁊ cum hoc tranſit
Dñicus in. d. rubrica de eo qui mittitur in poſſeſ. Sed cō
trarium tenuit Pet. de ancha. in repeti. c. finem litib' de
dolo ⁊ contu. ⁊ moueẜ ex. l. terminato. C. de fructibus ⁊
litis expen. ⁊. l. ij. ff. ſi quis cau. ⁊ idem voluit in. d. rub. de
eo qui mittitur in poſſeſ. facit qđ pulcre voluit Bal. in ru
brica. J. de tranſac. vbi dicit ꝙ per trāſactionem eſt extin‑
cta pena ex veteri ↄ̄ctu allegat. d. l. ij. ff. de tranſac. ⁊ dicit
ꝙ extincta ſunt damna expēſe ⁊ intereſſe. allegat Inno.
in. c. calūniam de penis. Et ex hoc refert fuiſſe ortam orri
bilem guerram inter regem Vngarie ⁊ Venetos. nullaꝫ
tñ Bal. fecit mentionē de diſputatione Ioā. de deo. ⁊ de
Ioan. andre. nec Pet. de ancharano fecit mentionem.
de Bald. iſtud ego hic aliter non examino quia eſt alie‑
119 num a materia. †Sed quis puniet iſtos in damnis ⁊ ex‑
penſis de iudice ordinario nulla eſt dubitatio. vt in dicto
capl'o finem litibus. ⁊ in dicta. l. ſancimus cum ſimilib'.
Sed an iudex delegatus poterit glo. fina. hic tenet ꝙ ſic
⁊ mouetur quia iuriſditionem habet in cognoſcendo an
ſua ſit iuriſditio. c. ſuper litteris. ē. eodem. ⁊ voluit Spec.
in titulo de expenſis. §. iuſta verſiculo nono. ⁊ dicit Pet.
de ſaxonia ꝙ caute faciat delegatus ſi primo condemnet
in expenſis. ⁊ poſtea pronunciet reſcriptum non valere.
quia ſi primo pronunciat reſcriptum non valere videtur
pronunciare ſe non iudicem. ⁊ ſic non poterit in expenſis
condemnari. domi. Cardina. dicit hoc non eſſe neceſſari
um quia cum ſit iudex poteſt prius pronūciare reſcriptū
non tenere ⁊ condemnare in expenſis tota illa die. l. pau
lus. ff. de re iudicata. ⁊ abſonum eſſet ꝙ prius condemna
retur in expenſis q̄ꝫ pronunciaſſe illum fuiſſe abuſum lit‑
teris pape. ⁊ allegat ad hoc. c. cum appellationib' friuo
lis de appella. li. vi. Et faciat ad hoc ꝙ hr̄ in cle. i. J. c. ⁊ in
c. diſpēdia. e. ti. li. vi. idē pōt dici in iudice ordinario cui'
iuriſditio declinatur a reo. q̄ lꝫ iudex pronūciet ſe nō eſſe
iudicem rei. poteſt tñ ↄdemnare actorem in expenſis q̄ ſi
cut eſt iudex ſup illo incidēti an ſua ſit iuriſditio. vt in. c.
ſup lr̄is. ē. eo. ita ēt in acceſſorijs ad ipſum incidēs. c. pru‑
dentiā de offi. dele. d. Abb. hic refert iſtam cautelā Pet.
de ſaxo. ⁊ Spe. in. d. v. nono. ⁊ dicit ꝙ docto. iſtā cautelā
ſequūtur. ſed ipſe nō ſolet illā ſeq. ⁊ dicit ↄ̄ illā fore caſus
120 in. d.c. cū appellationib' friuolis. †vbi iudex appellatiōs
poteſt

pōt pronunciare appellationē friuolam ꝛ condēnare ap
pellantem in expēſis eodem tempore ꝛ etiam per totaꝫ il
lam dietam ꝛ allegat.d.l.paulus.ecce ergo qꝺ pnunciā
do appellationē friuolam pronunciat ſe non iudicem ſed
qꝛ habebat iuriſditionem ſuper illo incidenti pōt cōdem
nare in expenſis.Ita in propoſito pōt prius pronunciare
reſcriptum non valere ꝛ poſtea condemnare in expenſis.
imo eoipſo qꝺ pronūciat videtur fateri ſe habere iuriſdi
tionem in incidenti ergo poteſt poſtea condemnare in ex
penſis cum illud ſit acceſſorium vos videtis pompam hu
ius hois.nam maior ſibi appropriauit ingenium ꝛ eorū
tacuit noīa.nā do.Cardi.tenuit contra Pe. ꝛ Spe.ꝛ al
legauit ꝯtra eos.d.c.cum appellationibus friuolis.ꝛ.d.l.
paulus.ꝛ.d.Abb.appropriauit ſibi illa iura qꝺ an bñ fe
cerit vos ſitis iudices Ioā.de imo.hic tenet contra illam
cautelam Pe.ꝛ Spe.ſed in.l.iudex poſtq̄.ff.de re iudi.
dilatauit fimbrias ſuper hoc.nā Bar.ibi voluit qꝺ ſi iu
121 dex dicit condēno ticium in centum † ſi ex forma ſtatuti ve
nit condemnandus in centum alias condemno in ea quā
titate in qua debet condemnari ex forma ſtatuta qꝺ talis
ſententia valet ꝛ tenet per.d.l.paulus.de re iudi. Ioā.de
imo.dicit qꝺ pro opi.Bart.facit dictum Pe.de ſaxonia
ꝛ Io.an.hic quod iudex prius condemnet in expenſis ꝛ
poſtea pronunciet ſe competentem ꝛ allegat dictum ſpe
cu.in.d.verſicu.nono.Poſtea dicit qꝺ illud dictum nul
lo iure probatur ꝛ potius in iure probatur contrariuꝫ ꝛ
allegat ad hoc.c.vt debitus.de appella.vbi ex ordine lit
tere apparet qꝺ iudex appellationis ab interlocutoria re
mittit partes ad primum iudicem quādo eſt male appel
latum.Et poſtea condemnet in expenſis ꝛ ſic poſtquā nō
habet ſe vlterius intromittere.dicit etiam contra Petrū
Specu.ꝛ Io.an.fore caſum non cauillando litteram in
cle.i.§.eo.vbi iudex qui pronūciat ſe in competentem pro
pter interpetrationem minus canonice factam poteſt p
nunciare in expenſis ꝛ ſic poſtquaꝫ non habet ſe vlterius
intromittere nec exigit tex.ibi qꝺ prius pronunciet ſuper
expenſis.Et pro hoc allegat qꝛ per talem pronunciatio
nem factaꝫ ab eo licet non ſit iudex in cauſa principali ta
men eſt iudex ſuper articulo competentie vel incōpetētie
ergo ſicut iudex cauſe principalis lata ſententia condem
net in expenſis ipſius cauſe.ita erit in expēſis factis ſuper
illo articulo competentie vel incompetentie arguēdo de
toto ad partem.l.que de tota.ff.de rei vendi.ꝛ ita reſidet
Pe.de ancha.in repetitione.c.finem litibus.de do.ꝛ cō
122 tuma.refert Federi.de ſenis conſuluiſſe † ꝙ ſi deſeritur ap
pellatio iudex appellationis poteſt condemnari in expē
ſis allegat.c.romana.§.ſi vero vocatis.de appel.li.vi.vn
de ſi de deſertione cognoſcit ergo ꝛ de expēſis allegat in
ſimili iſtū tex.ſed certe iſte tex.nihil facit ſed bene facit gl.
iſta allegat.cle.i.§.eo.ꝛ qꝺ no.Io.an.in.c.ſi.de appel.lib.
vi.ꝛ qꝺ no.in.c.ex parte.ē.eo.ꝛ in.c.cum olim.de priuile.
ibi vero eſt caſus ſingularis in quo iudex poteſt pronun
ciare primo ſuper expenſis ꝛ poſtea ſuper negocio ꝺ quo
agitur.ita allegat illum tex.d.Cardi.in.c.finem litibus.
de dolo ꝛ contu.non tamen attingit.d.Pe.iſtam caute
lam Pe.Spe.ꝛ Ioā.an.nec etiam eam attingit in cle.i.
.ē.eod.Tu vero adde qꝛ fundamentum .d.Cardi.ē.d.l.
paulus.ꝛ.d.l.cum appellationibus.Et fundamētū Io.
de imo.ē.d.c.vt debitus.ꝛ.d.cle.i.vnde videtur qꝺ ſubla
tis fundamentis ſuis remanebit va cautela Pe.ꝛ ſequa
cium.ꝛ licet alias legendo ꝛ ſcribendo tranſiuerim cum
eis contra cautelam Pe.nihilominus mihi videtur qꝺ
cautela Pe.ſit veriſſima ad.d.l.paulus.reſpondeo ꝙ lo
123 quitur in pretore ꝛ ſic in iudice ordinario.† argumētare
modo de iudice ordinario ad iudicem delegatum eſt ma
la argumētatio qꝛ iuriſditio ordinaria eſt fortior ꝛ fauo
rabilior iuriſditiōe delegata vt habetur in.c.i.de reſcrip.
lib.vi.nā iuriſditio delegata expirat lata ſnia nulla vt eſt
tex.in.l.ſi vt pponis.C.quō ꝛ qñ iudex.ſed iuriſditio or
dinaria non expirat lata ſententia nulla vt no.in.d.l.ſi vt
proponis.ꝛ per conſequens non eſt bonum fundamētuꝫ
argumētare a iuriſditione ordinaria ad delegatā.ꝛ licet
glo.in.d.l.iudex poſtquam.ſentiat qꝺ.d.l.paulus.habe
at locum in delegato non videtur vera qꝛ loquitur in pre
tore ꝛ contra illam glo.ſentit Bart.in.d.l.iudex poſtq̄.
ꝛ per conſequens ceſſat fundamentum.d.l.paulus.ꝛ eo
dem modo reſpōdeo ad.d.c.cum appellationibus.ꝙ lo
quatur in ordinario vt apparet in verſi.ſuperior ſine diffi
cultate remittat.ad.d.cle.i.q̄ allegat Ioā.de imo.poteſt
reſponderi.nam tex.ibi dicito ſi quis cōtra hoc aliquem
vexare preſumpſerit per iudicem coram quo vexatio fiet
condemnetur vnde videtur ille tex probat contrariuꝫ qꝛ
inquantum dicit condemnetur per iudiceꝫ ergo intelligi
tur anteq̄ pronunciet ſe in cōpetentem qꝛ tunc non eſt iu
dex.ad.d.c.vt debitus.allegatum per Io.de imo.reſpon
deo qꝺ loquitur in ordinario ꝛ argumentare de ordina
rio ad delegatum non eſt bona argumētatio vt ſuperius
dixi ꝛ etiam miror de eo inquantum allegat.d.c.vt debi
tus.qꝛ illum tex.allegat glo.iſta in argumentum ꝙ dele
gatus poſſit condemnare in expenſis.ꝛ ideo pondera qꝛ
ſi recte intelligatur iſta glo.ſentit qꝺ olim fuerūt opinio
nes an delegatus in caſu iſto poſſet condemnare in expē
124 ſis.hodie vero eſt deciſum.vt in.d.cle.i.† Sed quando iu
dex delegatus hoc debeat facere an ante pronunciatiōeꝫ
in competentie vel poſt non eſt deciſum a iure ergo vt mi
nus vulnerentur regule iuris dꝫ intelligi vt prius cōdem
net in expenſis ꝛ poſtea pronunciet ſe in competenteꝫ.Fa
ciat qꝺ voluit Bar.in.d.l.iudex poſtq̄.ꝛ qꝺ habeſ in.d.
c.cum olim.el.ij.de priuile.ꝛ ex iſtis habes defenſatā cau
telam Pe.de ſaxonia Spe.ꝛ Io.an.tene menti qꝛ alibi
non eſt ita bene tactum.¶ No.ex ea.glo.ibi dummodo
petitum fuerit qꝛ ſm do.Abba.Iſta glo.eſt ſingu.ꝛ limi
125 tat.l.ſancimus.C.de iudi.vt illud qꝺ dicitur ibi † ꝙ iudex
non condemnans partem in expēſis teneatur reſarcire ꝺ
a ſuo habet locum quando expenſe fuerunt petite[a] per par
tem ꝛ ratio eſt qꝛ iudex non tenetur officium ſuum nō pe
titum ad vtilitatem priuatam impartiri.l.iiij.§.hoc au
tem iudicium.de dam.infec.ꝛ ideꝫ no.ſm do.Abb.in.d.
l.ſancius.C.de iudi.ꝛ allegat ꝙ no.Inno.in.c.ad nram.
el.ij.de iureiur.ꝛ inducit iſtam glo.ad.q.ſtatuti diſponē
126 tis † ꝙ iudex teneatur expedire cauſam infra menſem als
incidat in penam ꝙ ſi partes litigantes coram iudice nō
petant cauſam expediri infra menſem ꝙ iudex nō decidē
do infra menſem non incidit in penam ꝛ allegat do.An
to.qui hic voluit in.c.venerabilis.de iudi.ꝛ inducit etiaꝫ
127 iſtam glo.ad queſtioneꝫ † an poſſit appellari a iudice qui
non condemnauit victum in expenſis eo caſu quo non fu
it petitum vt condemnaret in expēſis ꝛ allegat Dños de
rota deciſione.cccxli.vbi multum ſingulariter dixerūt qꝺ
ſic.quidā tñ ex eis dixerunt ꝯtrium tñ ꝯtrium facit iſta gl.
qꝛ ex quo non dr̄ iudex grauaſſe ſi nō fuit petitū nō eſt lo
cus appellationi allegat dictū Spec.in ti.de offi.iudi.§.
impedit.poſt prin.vbi dicit ꝙ non pōt appellari a iudice
ſi non facit illud ꝙ facere potuit ex ſuo offō ſi non fuerit
petitū iputari dꝫ pti non petēti.ꝛ iſtā glo.dicit ſeq cōiter
doc.nros.in.c.exceptionē.de excep.ꝛ refert ſe extiaſſe eam
pleniſſime in.c.ſignificauerunt.de excep.ꝛ ita reſidet hic
.d.Abb.ꝛ idē ipſe voluit in.c.finē litibus.de do.ꝛ ꝯtu.ꝛ
in.c.venerabilis.de iudi.ꝛ facit ꝙ ipſe voluit in.c.lꝫ cāꝫ.
de pba.Tu vide Bal.in.l.non qcqd.ff.de iudi.vbi alle.il
lud dcm̄ Spe.ꝙ non pōt appellari ſi iudex non eſt impe
ritus offiñ ſuū non petitū ad vtilitatē priuatā ꝛ iſtud di
ctū allegauit Pe.de anch.in.c.ſciſcitatus.ē.e.ꝛ facit qꝺ
voluit idē Bal.in.l.i.C.quō ꝛ qñ iu.ꝛ qꝺ ipſe voluit in
128 c.i.§.iudices.de pa.iur.fir.in vſi.feu.† vbi dixit ꝙ ad hoc vt
iudex dicatur eſſe negligens debet pars inſtare ꝛ petere
ab eo allegat tex.in.l.ſi qs ex argentarijs.§.cuꝫ aūt.ff.de
edendo.ꝛ elegantē glo.in.l.cū ſeruuꝫ C.de ſeruis fugi.ꝛ

a ¶ Petite.ſꝫ
qro nūqd ex
penſe peti pñt
qñ iudex i ſen
tētia eas ꝯmi
ſit dic ꝙ nō vt
tenet elegāter
Bar.in.l.a di
uo pio.§.ſen
tentiā.de re iu
di.doc.in.l.ter
minato.C.de
fru.ꝛ li.expē.
bal.iñ ꝯtrū te
nuit in.l.ſanci
mus.i.ꝛ vlti.
colū.C.ꝺ iud.
pro quo vide
Bar.in.l.non
ſolū.de rei vē.
ꝛ in.l.iij.§.ſi
rē delega.iij.

dicit ꝙ debet peti qḋ iudex aliquem torqueat. Faciat qḋ
voluit Cardi. d. Cardi. in. c. cū ſit generale. de fo. compe.
vbi dicit qḋ dʒ peti iuſticiā reddi ad hoc vt iudex dicatur
negligēs ⁊ allegat glo. huius. c. ⁊ faciat qḋ voluit. d. ab-
ba. in. c. auditis. de procu. vbi dicit ꝙ cautela eſt vt expen
ſe petātur ⁊ allegat ad hoc glo. iſtā. Facit qḋ pulchre vo-
129 luit Bar. in. l. conſentaneū. C. quō ⁊ qn̄ iudex. †vbi dicit
ꝙ iudex non pōt puniri in ſindicatu ſi nō fecit illud ꝙ ex
officio ſuo facere potuit. ⁊ ideo dicit ꝙ ſi iudex potuit in-
cipere a captura perſone ⁊ non fecit qḋ non poterit puni
ri in ſindicatu vide bal. in. l. i. §. a magiſtratibus. ff. de ma
130 gi. conue. †vbi querit an id qḋ incūbit iudicis officio requi
rat partis petitionē. ⁊ concludit poſt Oldra. ꝙ aut eſt ta
le qd in quo pōt pretendere ignorantiā nemine petente ⁊
tunc iudex excuſatur vt ibi aut non pōt pretendi ignoran
tia. ⁊ tunc aut cōſiſtit in iure partis ⁊ requiritur ꝙ pars
petat. l. iiij. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dam. infec. Aut cōſiſtit
in iure legis ⁊ mero ⁊ libero iudicis arbitrio. ⁊ tūc non
eſt neceſſe ꝙ quis petat a iudice allegat. l. eos. §. fi. C. ꝺ ap
pel. ⁊ dicit hanc fuiſſe diſtinctionem Oldra. ⁊ allegat ꝙ
no. Inno. in. c. ad noſtrā. el. ij. de iureiuran. faciat ēt ꝙ vo
luit. d. Anto. in. c. ſignificauerunt. de excep. ⁊ in. c. ſup hoc
de renun. ⁊ ꝙ voluit glo. in. c. licet cām. de proba. Et iſta
ſunt pulchra ⁊ vtilia addita per me ad glo. iſtaʒ ⁊ docto
res ſcribentes ſuper eā. Sed vos ponderate iſte tex. loquiꝰ
tur. n. in iudice delegato. ⁊ ita loquitur. c. diſpendia. ꝫ. e. in
vj. ⁊ loquitur cle. i. ꝫ. e. ſed. l. ſancimus. C. de iudi. loquitur
in ordinario. ergo iſte tex. ponit caſum diuerſum ad. d. l.
ſancimus. ⁊ per ɔn̄s ſumus in caſibus ſeparatis. ⁊ iō nō
infertur de vno ad alium. l. pupinianus exuli. ff. de mino.
131 l. cum actum. ff. de nego. geſt. tum †qꝛ potentior eſt iuriſdi
tio ordinaria qꝫ delegata vt in. l. ſi vt proponis. C. quō ⁊
qn̄ iudex. ⁊ in. c. i. de reſcript. li. vi. Ideo argumentare de
iſto tex. loquente in delegato ad. d. l. ſancimus. loquenteʒ
in ordinario non eſt bona argumentatio cuʒ pace huius
glo. ⁊ doctoꝝ relatoꝝ dixerim ⁊ ſi verbis daretur auda-
cia auderem dicere iſtaʒ glo. male loqui ⁊ eius ſequaces
qꝛ imo iudex teneꝰ ex officio ſuo condemnaꝰ in expēſis lʒ
ab eo non petaꝰ ⁊ recte hoc decidit tex. in. d. l. ſancimus.
in ver. ſcituris iudicibus noſtris ſi hoc obmiſerint ex ſua
132 ſubſtantia leſis detrimentū reſarcire. † Ubi v̄ba dirigun
tur ad iudicē ⁊ clarū eſt ꝙ vbi verba dirigunꝰ ad iudiceʒ
oritur iudicis offm̄. Iſta eſt glo. multū ſolen. in. l. ſi ſoror.
. C. de colla. ⁊ per ɔn̄s iudex ex officio ſuo teneꝰ cōdēnare
in expenſis ⁊ per ɔn̄s non eſt opus qḋ petaꝰ a parte. ⁊ iō
ſi non cōdēnat in expēſis ex officio ſuo punieꝰ. ⁊ facit tex.
in cle. i. ꝫ. e. vbi tex. dicit per iudicem coram quo vexatio ſi
et condēnare ⁊ ſic ille tex. refert verba ſua ad iudicem er
go oritur iudicis offm̄. ⁊ per ɔn̄s ſequiꝰ ꝙ poſito ꝙ pars
non petierit vocantē condēnari in expenſis ꝙ nihilomi-
nus iudex ex officio ſuo debuit ɔdēnare in expenſis. ⁊ ita
dʒ intelligi. d. c. diſpēdia. ⁊. d. c. finē litibus. ⁊ hʒ in ſe ma-
gnam rōnem iſta pars ad refrenandam calūniam impe
trantiū ⁊ contumaciū. vt in. c. calūniā. de pe. ⁊ in cle. vt ca
lumnijs. de re iudi. ⁊ in. d. c. finem litibus. ⁊ licet alias lo
gendo ⁊ comentando ſecutus fuerim glo. iſtā ⁊ cōmunē
opi. ſcribentiū. Nihilominus cōtrariū mihi videꝰ verius
⁊ errat vehementer do. Abb. cū dicit ꝙ in. d. l. ſancimus
notaꝰ ita vt dicit glo. iſta qꝛ nec Cy. nec Barto. nec Bal.
Saly. ⁊ Raph. dicūt illud in. d. l. ſancimus. ꝙ ipſe refert
hic. ⁊ iſta menti comenda vt memoria digna. Et etiā pō
dera qꝛ inquantū Dn̄i. de rota Spe. ⁊ alij ſuperius rela-
ti dicunt qḋ non pōt appellari ſi iudex non fecit illud qḋ
ex officio ſuo facere potuit qꝛ ꝯ eos allego tex. in. c. raynu
tius. de de teſtamen. vbi iudex potuit ex officio ſuo ꝓnun-
ciare ſuper certa portione ⁊ non pronunciauit nec fuit pe
titum a parte ⁊ nihilominus fuit appellatū. ecce nūc qr
ille tex. deſtruit oēʒ doctrinaʒ docentiū hic ⁊ alibi. Tene
bene mēti qꝛ ē farrago noſtra. Uide que ego late dixi in

a ¶ Delinqt. Sed nūqd rō ne delicti nō ɔcernētis legationem puniri poſſit ab inferiori ꝑlato. dico ꝙ ſic ſ̄t. n. ámoueri ⁊ am motus puniri vt ʒ elegáter Car. in cle. ij. §. notari. ꝺ here reti. quē referūt aliq noviſſimoꝝ ſcribētium hic.

d. c. raynutius. de teſta. ¶ No. ex ea. glo. ibi poterūt iſti
iudices conueniri coram ordinarijs iſtā glo. reputat ſin-
gularem. d. Abb. hic ex qua habes ꝙ iſti iudices delega
ti negligentes condēnare in expenſis poterunt conueniri
133 coram ordinarijs ⁊ inducitur glo. iſta ad queſtioneʒ †de
a legatus ſedis apoſtolice delinquitᵃ in ſua legatione pote
rit ne puniri a iudice ordinario illius loci vbi deliquit ⁊
videtur ꝙ poſſit conueniri coram ordinario per iſtā glo.
Item qꝛ delictum facit eum ſortiri forum in loco delicti
c. fi. ⁊. c. poſtulaſti. de foro competen. aucten. qua in ꝓuin
cia. C. vbi de crimi. agi oportet delictum enim omnē adi
mit honorem. l. quotiens. C. vbi ſenatores vel clariſſi. pro
hoc facit ꝙ no. in. c. prudentiam. §. adijcimus. de officio ꝺ
legati. in glo. immo. que tamen tenet contrarium de hoc
in Specu. de inquiſitione. §. i. verſi. ſed pone in contrariū
facit qꝛ talis delegatus maior eſt ordinario. c. ſane. el. ij. ꝺ
officio delega. de maio. ⁊ obedien. c. cum inferior Jo. an-
refert quibuſdam videri ꝙ ſi ab vtiꝰ iuriſditione quo ad
proceſſuʒ non habet ordinarius ſe impedire ſed ſi abutiꝰ
male iudicando vel iudicare nolendo facit litem ſuaʒ. l.
i. ff. de varijs ⁊ extraordina. cogni. ⁊ ſi pro intereſſe ad ꝙ
tenetur conueniatur coram ordinario poterit eum puni-
re Spe. vt refert Cy. in auc. qua in prouincia. C. vbi ꝺ cri
mine agi. oportet dicit ꝙ qualitercūqꝫ delinquat ordina
rius eū cohercebit ⁊ eum puniet allegat tex. in auctē. vt
iudi. ſine quoquo ſuffra. §. damus. vnde tenebat ꝙ qn̄ de-
legatus in ſalario aſſeſſoris grauat partes pōt per ordi-
rium cohérceri ⁊ reformari per aucten. de iudi. §. i. §. nul-
luʒ. ⁊. §. ne aut labor. ⁊ in auc. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §.
nolumus. circa fi. ꝙ vltimum dicit Jo. an. non ꝓcedere
per. c. ſtatutū. §. aſſorem. ꝫ. e. in. vi. Cum etiam qꝛ iſtud de
aſſeſſore aſſumēdo relinquiꝰ conſcientie delegati. Et pro
hoc ꝙ ibi no. in gl. ꝓ hoc. Sed inquantum ad ſalarium
134 poſſet dici ꝙ ille. §. non ꝯdicit. imo facit pro †qꝛ ſalarium
dicit ꝓuide moderādū ⁊ ſic ſi non bene moderaꝰ poterit
ordinarius cohercere. Sed Jo. an. dicit ēt in hoc ꝙ dicit
Spe. per ordinariū poſſe coherceri delegatū dicit hoc ſi-
bi non placere quādiu durat iuriſditio delegati. ⁊ quādo
ꝑ hoc impediret eius iuriſditio. ar. c. ſolicitudineʒ. de ap-
pel. ⁊. c. ſtuduiſti. de offi. lega. ⁊ ꝙ no. in. c. ſuper eo. de of
fi. delega. ⁊ in Spe. in quarta parte eiuſdē ti. in fi. ⁊ ideʒ
etiam no. in cle. nolentes. §. notari. de hereti. ⁊ tenet Fed.
de ſenis cōſi. cx. ⁊ Jo. calde. in repetitione. c. i. de raptori.
in vlti. q. ⁊ in eo ꝙ dicit Joā. an. quādiu durat iuriſditio
eius ⁊c̄. Sentit ſecus ea finita ꝙ tenet Jo. de ligna. quia
tunc factus eſt priuatus. Item in eo ꝙ dicit Joā. an. hoc
verum eſt quando per hoc impediret eius iuriſditio Jo.
calde. in. d. c. i. ſupplet. maxime ⁊ ſic idem ſm̄ eum etiam
ſi non impediretur ⁊ dicit do. Cardi. qḋ ordinarius non
poteſt ſe impedire de aliquo qḋ concernat cauſaʒ delega
gatam vnde non ſupplet maliciam vel deſidiam delegati
apoſtolice niſi vbi vertitur periculum anime vt in. c. ſigni
ficauit. de officio ordina. ſed ſi non concernit cauſam dele
gatam ſecus ⁊ videtur non concernere eoipſo ꝙ tractari
poteſt ſine ipſa. ⁊ per hoc poteſt ſuſtineri glo. in eo qḋ di-
citur ꝙ ſi delegatus hoc caſu non punit poterit conueni-
ri coram ordinario conditione. l. ſancimus. C. de iudi. per
hoc eniʒ non impedit ſe ꝺ cauſa delegata. Ita reſidet hic
do. Cardina. ⁊ cum dicto Jo. an. an. tranſit hic do. anto.
⁊ domi. Abb. Tu conſidera qꝛ Pet. queʒ refert ⁊ ſequi
tur Cy. ⁊ etiam Bal. in. d. aucten. qua in prouincia. dic
135 †ꝙ ſi iudex delegatus in aliqua prouincia a principe qui
in ea cauſa maior eſt omnibus poſt principem. argumen
to. l. fi. C. vbi ⁊ apud quem deliquerit vel in proceſſu vel
male iudicando ꝙ poterit corrigi per preſidem prouin-
cie ⁊ puniri quamuis in appellatione appelletur prin-
ceps. Ego de hoc allego tex. in. c. ſi abbatem. de elec. lib.
vj. Et dicit ſe de facto conſultuʒ rn̄diſſe cū ita accidiſſet. ⁊
alle tex. allegatos ſupius in. d. auc̄. q tex. ſm̄ Raph. fulg.
in. d. aucten.

in.d.aucten.qua in prouincia nihil faciunt.Sed ꝓ certo
tex.in auc.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.illud autem. verſi
culi.ſancimus. probat doctrinam Petri. licet damnetur
136 per iſtos ſcribentes hic vbi dicitur† ꝙ preſes prouincie pu
nit omnes delinquentes nec amittit ꝑſcriptionem fori cō
petentem ex priuilegio non clauſo in corpe iuris.Si non
reperit delegatus priuilegiatus priuilegio clauſo in cor
pore iuris vt ſi delinquat non conueniatur coram ordina
rio ergo remanebimus in diſpoſitione.d.§. illud autē.Et
cum Jo.an.dicit hic ꝙ ordinarius non poteſt ſe impedi
re quando delegatus deliquit circa ipſam cauſam qꝛ tūc
non poteſt puniri niſi a papa. ex quo ſolum exceſſit cōtra
papam poteſt dici ꝙ aut papa eſt preſens qꝛ de facili po
teſt haberi recurſus ad eum. ⁊ tunc procedat dictuꝫ eius
alias procedat dictum Pet.Cy. ⁊ ſequatꝰ hoc,dico per
illud qđ tangit.d.Anto.⁊ alij in.c.qđ ſuper his. de ſi.in
ſtru.ꝫ.vbi diſtinguunt an ſuperior ſit preſens aut non qn
do delegatus aſſerit ſibi aliquid fuiſſe cōmiſſum oraculo
viue vocis nulla reſonāte ſcriptura. Et no.iſtū tex.in ver
137 ſi.ibi dum non cōparuerit† qꝛ hec dictio duꝫꝰ ponitur pro
a conditione.alibi facit cauſam.l.dicere.in ſi.ff.de arbi.ali
bi ponitur pro tamen.inſti.vi.bonoꝝ raptoꝝ.§.nedū.vbi
glo.alibi proprie denotat tempus.c. venerabileꝫ.de elec.
Alibi ponitur pro donec vt in lōbarda de prohibitis nu
ptijs.l.aduenientem.Item Bal.hic in ſuis apoſtillis col
138 ligit† ꝙ abutens nomine cōmittit falſum allegat Innoc.
hic.⁊.l.ticio ad municipales.⁊ dicit ꝙ plures cauſe ſepa
rate poſſunt moueri coram diuerſis ordinarijs.Iteꝫ vna
coram ordinario alia coram delegato ſed non coram di
uerſis delegatis.allegat Inno.hic ſecus ſi cauſe ſunt con
139 nexe† ꝙ dicuntur contingue pluribus modis. Primo qꝛ
vna infert in alia incohatiue vt petitorium ⁊ poſſeſſoriū.
nam finis vnius eſt incohatio alterius.l.exitus.ff.de acq.
poſſe.Scđo qꝛ vna infert in alia deciſiue.l.fundi.⁊.l.fun
dum.ff.de excep.Tertio quia vna ſe habet ad aliam con
ptiue vt generale iudicium continet in ſe ſpecialia capi
tula nec debet moueri coram diuerſis.l.de rebus.ff. de ar
bi.Quarto correlatiue vt cauſa conuentionis ⁊ reconuē
tionis.l.ſi idem cum eodem.§.qđ ſi mutue.ff.de iuriſ.om.
iudi.Quinto qꝛ vna eſt principalis alias acceſſoria.l.nō
diſtinguemus.§.itē non eſt cogendus.⁊.§.de officio.ff.de
140 arbitris. † Quid ſi actum eſt ſimul ⁊ coniunctim an poſ
ſit ꝓnunciari diuiſim remittit ad.l.quid tamen.in prin.⁊
l.de rebus.ff.de arbi.dicit etiam ꝙ offenſi vindicant ſe li
benter etiam iniuſte ſm Innocē.hic ipſe allegat.d.l.non
diſtinguemus.§.item cum quidaꝫ.⁊ aliud non dicit. Itē
addite glo.in.c.finem litibus.de do.⁊ contu.que allegat
iſtum tex.in argu.tm̄ qđ vbicūqꝫ calumnia eſt euidens hꝫ
locum diſpoſitio ⁊ pena illius.c. in exceptione dilatoria.
141 vid ibi doctores.† Itē ego qro quid ſi plures actores tra
hunt reum coram diuerſis iudicibus ſup eadem re. Po
nite exemplum duo habent rem cōmunem vnus imperit
reum coram vno iudice pro ſua portione aliter imperit re
um coram alio iudice habebit ne locum diſpoſitio iſtius
c.nemo.hoc tangit do.Anto.in repetitione.c.cum.M.ꝫ
conſti.tenet iudicium procedere.ego aliter hoc hic nō ex
animo vide dicta per me in.d.c.cum.M. Ultimo queri
142 tur† vtrum iſti abutentes litteris papalibus poſſunt puni
ri criminaliter.nam ſolum hic imponitur pena ciuilis cū
agitur ciuiliter Inno.dicit ꝙ iſti q tradunt litteras alijs
eiuſdem nois ⁊ recipiētes poſſunt puniri pena falſi vt ſu
perius dictum.Alij vero aliter abutentes poſſunt puniri
pena criminis ſtellionatus cum delictuꝫ non aſſumat ſpe
cificum nomen vnde puniuntur iſti delinquentes extra or
dinem de quo dicendum vt habetur per totum.ff. de cri
mine ſtellionatus.⁊ facit ꝙ habetur in.l.ſi quis obrepſe
rit.ff.ad.l.corneliam.de falſis.⁊.l.⁊ ſi legibus.C.ſi cōtra
ius vel vtilita.publi.

De conſuetudine. Rubrica.

Ontinuatur ad precedentem hoc modo diximus .ſ.de iure ſcripto ꝙ conſiſtit in cō ſtitutionibus ⁊ reſcriptis verum qꝛ eſt ius non ſcriptuꝫ.ſ. conſuetu do que pro lege ſeruatur.l.de qui bus.ff.de legibus.inſti.de iure na turali gen.⁊ ciui.§.ex non ſcripto. Ideo poſtqꝫ vidimus de iure ſcripto.videndū eſt de iure non ſcripto vt eſt ꝯſue tudo.Ita continuat ſm Dama.⁊ Gof. de niā huius ru brice habet.i.di.c.mos eſt.⁊.c.ſequenti.x.⁊.xi.diſt.ꝑ totū repetitur iſta rubrica.in.vi.Uel pōt continuari ſm Ho. in ſumma huius ti.hoc mō audiuimus de iure ſcripto ſꝫ qꝛ oē ius quo vtimur aut ex ſcripto conſtat aut ex nō ſcri pto conſtat.inſti.de iure na.§.conſtat. nā qđ in ſcriptis re digitur lex vocatur ꝙ aūt ſine ſcriptis ꝯſuetudo vocat er go premiſſo de iure ſcripto clauſo in corpore iuris ⁊ non clauſo in corpe iuris videamus de iure non ſcripto ⁊ ſic de ꝯſuetudine.ſimilis ordo habet in.ff.veteri.⁊ inſti.⁊ in prin.decretoꝝ ſm Hoſt.in ſūma huius ti. Sed tu ponde
ra qꝛ initio vꝫ ꝙ imediate poſt titulū de ꝯſti. debuit ſituari
1 rub.de ꝯſue.† nā ois humana cognitio incipit a generali
bus ⁊ poſtea deuenit ad ſpēs ⁊ indiuidua teſte philoſo
b phoꝝ principe Ariſtote.in primo phiſicoꝝ vbi inqt tūcꝰ
.n.opinamur vnūqđqꝫ cognoſcere cum cās cognoſcimus
primas ⁊ principia pria vſqꝫ ad elementa.nā pueri a pn
cipio appellāt oēs viros pres ⁊ oēs feminas matres po
ſtea determināt vnūqđqꝫ.Sed ꝯſuetudo eſt lex generalis
nec differt a lege ſcripta niſi vt differūt tacitū ⁊ expreſſuꝫ.
vt in.§.ꝯſtat aūt.⁊ in.§.ex non ſcripto.inſti.de iur.na.naꝫ
de eſſe legis eſt ꝙ ſit generalis.l.i.ff. de legi.in ver. lex eſt
cōe preceptū.iiij.di.§.erit aūt.l.generalis. Sed reſcripta
ſunt pticularia ergo prius debuit tractaſſe. Ro.pontifex
de ꝯſue.qꝫ de reſcrip. ergo ſequit ꝙ male ſituata eſt pñs
rubrica poſſet ſaluādo facile rñderi ꝙ ita placuit condi
tori cōſtitutionis.c.ſi qñ.ꝫ.de reſcrip.cum ibi no. Uel poſ
ſet rñderi ꝙ papa tractauit prius de lege ſcripta in gene
re ⁊ poſtea tractauit de lege ſcripta in ſpecie ⁊ hmōi.fue
runt reſcripta. Poſtea vero tractauit in gñe de lege non
ſcripta in gñe ⁊ hmōi.eſt ꝯſuetudo ⁊ faciat ordo qui ſer
uauit Chriſtianiſſimus impator Iuſtinianus qui in co
dice prius tractauit de legibus poſtea de reſcriptis ⁊ ꝯſe
quenter de ꝯctibus. Poſtremo tractauit de cōſuetudine
vt appet.C.de legi.C.de diuer.reſcrip.⁊.C.q ſit lon.ꝯſue.
⁊ facit glo.in rub.ꝑalle C.q ſit lon.ꝯſue.⁊ ꝑ hoc tollit il
lud ꝙ in ꝯtriū adduxi tene menti.Et dicit Ioā.an.in hac
rub.ꝙ multa iura incluſa in hoc volumine decretaliū tra
2 ctāt de ꝯſuetudine.† qdā.n.iura approbāt ꝯſuetudineꝫ.q
dam vō reprobāt ꝯſuetudineꝫ iura q approbāt ꝯſuetudi.
cōmemorant ⁊ recenſent per Io.an.hic vꝫ.c.cū oēs.ꝫ.de
ꝯſti.c.cum ana eccleſia.de elec.c.duo.ſimul.c. irrefragabi
li.§.exceſſus.c.dilectꝰ.de of.or. de integ. reſti.c. dilectꝰ.de
in integ.reſti.c.ꝯſtitutus.de arbi.c.dilecti.de iudi.c.nouit
de fo.cōpe.c.lꝫ ex ſuſcepto.⁊.c.cū ꝯtingat.c.i. vt lite pen
den.c.cū veniſſent.de eo qui mit.in poſ.c. ex pte aſtēſis.ꝺ
ꝯceſ.ꝑben.c.cū olim.de cleri.cōiug.c. cū dilectus.de ſi.in
ſtru.c.ea noſcit.de his q ſi.a pla.c.i.de pca.c. ceterū.ꝺ do
na.c.raynutius.⁊.c.relatū.el.ij.de teſta.c.certificari.⁊.c.
de vxore.de ſepul.de deci.c.cū ſint hoies.c.ad apoſtolice.
de cēſi.c.ſup eo.de obſer.ieiu.c.ij.de ꝯiug.ſuoꝝ.c.lꝫ.de co
gna.ſpūali.c.i.c.iij.c.ad apoſtolicā.de ſimo.c.ſicut. de iu
de.c.ij.de exceſ.pla.c.qſiuit.⁊.c.ſup qbuſdaꝫ.§.ꝑterea.de
verboruꝫ ſigni.Et hec ſunt iura que Ioā.an.commemo
rat in hoc volumine decretaliuꝫ que approbatiue loquū
tur de conſuetu.Commemorat etiam alia iura poſita in
vi.decretaliū q approbatiue eodē mō loquunt de cōſue.
vꝫ.c.i.de conſti.li.vi.c.generali.eo.titu.li.vi.c.romana.⁊
c.ſi canonici.⁊.c.vt litigantes.⁊.c.preſenti. de officio or
di.lib.vi.cle.i.de ſenten.excommu.c. romana.§.i.de foro

a An dictio dum conditio nem faciat.Ui de oēs ſcriben tes in .l. ſi de ceꝫ cum petle ro.⁊ in.l.cēte ſimis.⁊ l.l. eū q iſta.§. q iſta de verb.obl.⁊ Bar.no .in.l.ſ. iiij.col. de ꝯdi. ⁊ demō.

b Tūc. Ori ginaliter locus iſte phi habe tur i ꝓlogo au ditꝰ nalis tex. cōmēti primi quē milies al legauit.d. An dre.ſ. duobꝰ ti tulis ꝓcedē. ⁊ nos aliqd ibi adiecimꝰ i apo ſtillis.

compe.co.libro.c.romana.§.i.ꝛ.§.debet.de appel.co.li.
c.cum in eccleſia.ꝛ.c.cum in eccleſijs.de preben.lib.vi.c.
vno.§.fi.ne ſede vacante.co.libro.de cenſi.c.i.lib.vi.de im
mu.eccle.c.quoniam.co.libro.de penis.c.i.li.vi.de ſentē.
excom.c.romana.ꝛ.c.venerabilibus.§.deniqꝫ.de religio
ſis domibus.clemen.ij.clemen.ad noſtram.de cenſibus.
3 †Commemorat etiaꝫ iura poſita in hoc volumine repro
bantia conſuetudinem.c.cum terra.ꝛ.c.mexana eccleſia.
de elec.c.ex tuarum.de auctoritate ꝛ vſupalij.c.ij.ꝛ.c.cuꝫ
ſecundum.de tempo.ordi.c.clerici.de iudi.c.ceterum.de
iuramen.calum.c.conſtitutus.de fideiuſſo.c.ij.ꝛ.c.ad no
ſtram.de proba.c.ſericis.de teſtibus.c.fi.de preſcrip.c.cuꝫ
cauſam.de re iudica.c.cum ab omni.ꝛ.c.cum decorem.ꝛ
c.a crapula.de vita ꝛ hone.cleri.c.extirpande.ꝛ.c.pe.de
preben.c.litteras.de conceſ.preben.ꝛ.c.i.de his que fiūt
a maiori parte capituli.ꝛ.c.cum eſſes.de teſtamen.c.abo
lende.de ſepultu.c.ea que.de ſtatu mona.de conſecra.ec
cleſie vel altaris.c.aqua.de celebra.miſſa.c.pernicioſus.
c.i.de immu.eccleſia.de ſponſa.duorum.c.tuas duduꝫ.c.
qḋ ſuper his.de conſan.ꝛ affini.c.non ſatis.cum.c.ſe.de ſi
mo.c.ea que.c.intantum.c.ſicut.c.Jacobus.co.ti.c.in nō
nullis.de iudeis.c.ij.de clerico pugnante in duello.c.i.c.
iiij.ꝛ.c.fi.de magiſtris.c.nouerint.de ſenten.excom.c.qꝛ
ſepe.de elec.li.vi.pro ꝛ contra.c.ſtatutum.co.ti.lib.vi.c.ſi
canonici.de officio ordina.co.libro.c.vno.de cleri.non re
ſi.li.vi.c.ij.de preben.co.lib.clemen.i.de iure patro.de cle
rico egrotante.c.vno.li.vi.de capellis monachoꝝ.c.vno.
co.lib.de cēſibus.c.i.ꝛ.c.quamqꝫ.ꝛ.c.fi.li.vi.c.vno.de in
iurijs.co.lib.clemen.in pleriſqꝫ.de elec.clemen.ij.de peni.
cle.vt hij qui.de etate ꝛ quali.cle.ſi vna.de rebus eccl.nō
alie.clemen.ij.de ſepul.cle.nē in agro.de ſtatu regula.de
religioſis domibus.clemen.ij.de vſur.clemen.i.clemen.ſi
quis ſuadente.de penis.clemen.i.de ſenten.excom.iſta iu
ra allegat Jo.an.in hac rubrica.Et ꝑ certo iſtud eſt po
tius laborioſuꝫ qꝫ ſubtile cōnumerare hic iura canonica
que approbant ꝛ que reprobant conſuetudinem ideo ar
bitratus ſum circa hoc non inſiſtere.Faciat tamē.c.vene
rabilem.de elec.in ver.de iure ꝛ antiqua conſuetudine.ꝛ
c.ſopite.de cenſibus.in ver.de iure ꝛ antiqua conſuetudi
ne.ꝛ in.c.ad hec.de officio ordinan.c.cum dilectus.J.co.
c.fi.de preben.li.vi.Curioſus poterit multa ſimilia iura
ſparſa reperire ſed vlterius conſidera qꝛ videtur qꝛ male
ſituata ſit rubrica iſta videtur enim ꝙ papa debuit inci
4 pere a rubrica de conſuetudine qꝫ a rubrica de ꝯſti.†naꝫ
antiquiora ꝛ priora ſunt preferenda.l.i.ff.de acqui.reruꝫ
domi.c.i.de maio.ꝛ obe.ſed conſuetudo preceſſit legē ſcri
ptam etiā datā Moyſi ꝛ populo iudaico ergo prius de
buit tractari de conſuetudine qꝫ de lege poſitiua cōſuetu
do enim incepit poſt.l.naturalem ex eo tempore quo ho
mines conuenientes in vnum ceperunt in ſimul habitare
ꝙ ex eo tempore creditur factum ex quo chaim dicit edi
ficaſſe ciuitatem geneſis.iiij.c.vi.diſtin.§.fi.ergo prius de
buit incipere de cōſuetudine qꝫ de conſtitu.iſta obiectio
non eſt fabricata per aliquē.Poteſt tamē reſponderi qꝛ
ex quo conſtitutio etiam dicitur illa que editur a princi
pe vt ſatis dictum fuit.s.in rubri.de conſti.conſuetudo ve
ro proprie editur ex vſibus hominum.vt in.l.de quibus.
ff.de legi.ideo conſtitutio tanqꝫ edita a nobiliori inuen
tore prefertur conſuetudini.ꝛ ideo prius incepit papa de
5 conſti.qꝫ de conſue.Et qꝛ omnis de officio queſtio.debet
a diffinitione proficiſci teſte humani elogi Cicerone inde
officijs in prin.l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur.l.i.in prin
cipio.ff.de dolo.Ideo tractaturi de conſuetudine ſcire oꝫ
ante omnia quid ſit conſuetudo.Et qꝛ ignoratio per no
a men dicitur[a] neceſſe eſt artem ignorare vt dixit comenta
tor loyce Petri hiſpani.Jō ne in equiuoco laboremus.
6 †Cōſuetudo ſm Cy.ꝛ Petrū ſumitur duobus modis.
Primo vt eſt factum ꝛ dicitur conſuetudo quaſi aſſueſa
cio a conſuo cum ſuis dicta de qua fit mentio in.l.iij.in
fi.C.de epiſcopali audien.ꝛ hec nec eſt ius nec oritur ius

a ℭ Per nomen dicit. De hoc emiſſit phā ſa'uchis quaſ poſuit.d.and. hic vide philoſophum. ꝛ cōmentatorē p[ri]mo poſte. lex: comenti ſecūdi ꝛ ibi omnes ſcribentes vbi eſt ꝓprius locus hui[us] ſpeculationis.

ex ea.Secundo ſumitur conſuetudo pro iure non ſcripto
ꝛ hoc modo ſumitur in hac rubrica.ꝛ inſti.de iure natu
rali.§.ex non ſcripto.dum ibi dicit ex non ſcripto ius ve
nit ꝙ vſus comprobauit.Tertio modo ſumitur conſuetu
do ſm Jaco.bu.prout eſt vſus maioris partis populi ex
qua reſultat conſuetudo que eſt ius de qua habetur men
tio in.l.ij C.que ſit longa conſue.ꝛ hoc modo ſumpta ſo
nat in factum ꝛ ius ꝛ ſimile eſt in poſſeſſione que dicit̄ pe
dum poſitio.l.i.ff.de acqui.poſ.Jta etiaꝫ ſequitur Cy.in
cōmento.l.ij.C.que ſit longa conſue.ſequitur Ang.in ele
ganti ſua repetitione.inſti.de iure.natu.§.ex non ſcripto.
Nunc capio diffinitionem conſuetudo prout hic ſumitur
7 diffinitur ſm Azo.in ſūma que ſit lōga ꝯſuetudo vꝫ.†Cō
ſuetudo eſt ius non ſcriptum moribus vtentiuꝫ approba
ta que diffinitio probatur in.l.de quibus.ff.de legi.ꝛ In
no.hic dixit ꝙ eſt ius non ſcriptū moribus diuturnis po
puli inductum ſed Ja.de raue.in.d.l.ij.que ſit longa con
ſue.reprehendit diffinitionem Azo.dicens ꝙ recte nō dif
finit conſuetudinem nec eius diffinitioneꝫ plene tradidit.
Nā in eo ꝙ dixit ꝯſuetudo eſt ius non ſcriptum male loq
tur.naꝫ diffinitio debet dari circa eēntialia ego allego ad
hoc illud ꝙ ſcribunt philoſophi ꝙ diffinitio cōſtat ex ge
nere ꝛ differentijs de quo per Bar.in.l.i.ff.de teſta.ſꝫ de
ſubſtantia conſuetudinis non eſt vt ſit ius non ſcriptū qꝛ
lex ꝛ conſuetudo differunt tanqꝫ tacitum ꝛ expreſſuꝫ.nā
nihil intereſt vtrū populus voluntatem ſuam declaret vꝰ
bis hoc eſt pro lege vel declaret rebus ipſis ꝛ factis hoc
eſt per conſuetudinem.vt.d.l.de quibus.circa fi.ꝛ ibi di
xit glo.ꝙ facto oſtenditur voluntas.l.reprehēdenda.C.
de inſti.ꝛ ſubſti.ꝛ faciat iſtud poeticum ꝛ facta loquunt̄
ꝛ tū de eſſe legis non eſt ſcriptura cum non apponatur in
diffinitione legis vt in.l.i.ff.de legi.nec dicit lex ꝙ ſcriptu
ra eſt de ſubſtantia legis qꝛ de ea melius habetur noticia
8 ne quis poſſet pretendere ignorantiā †cum lex non liget
niſi tm̄ ſcientes in auc.vt facte noue conſtitutiones in pri.
ꝛ.l.generali.in verſi.ſciam non ignorantiaꝫ cupimus al
ligari C.de tabula.li.x.ꝛ.l.humanum.C de legi.ꝛ ſtatiꝫ
ꝙ ſcripte ſunt leges nullus poteſt pretendere ignorātiaꝫ.
Nec ob.§.conſtat aūt lex.inſti.de iure nat.qꝛ dꝫ intelligi
ex ſcripto.i.ex non tacito ſicut ꝛ alias dr̄ ꝯctus fieri ſine
ſcriptis ēt ſi de eo fiat ſcriptura ad memoriā vt.l.contra
ctus.C.de fi.inſtru.Preterea pro tanto dicitur legē con
ſtare ex ſcripto ꝛ conſuetudinem ex non ſcripto qꝛ vt plu
rimum contingit legem ſcribi ꝛ conſuetudinē ius nō ſcri
9 ptum ex facti accidentia†qꝛ ad ea que frequēter accidūt
ius adaptatur.c.ſepe.de reſti.ſpolia.l.nam ad ea.ff.de le
gi.ꝛ iſto modo Jaco.de raue.proiecit in profundum dif
finitionem datam per Azo.qui vt Bal.vtar verbis in.l.
contractus.C.de fi.inſtru.Azo.fuit vaſ.legum.Sed Ho
ſti.in ſumma huius ti.in princi.diffiniuit.Cōſuetudo eſt
ius quoddam moribus inſtitutum ꝙ pro lege accipitur
cum lex deficit.i.diſt.c.conſuetudo.viij.di.c.fruſtra.ꝛ di
citur moribus inſtitutum.i.aſſiduis vel frequētibus acti
bus hominum.ita exponunt Goffre.ꝛ Damaſius.Con
ſuetudini autem eſt ratio preponenda.nam ſicut p legeꝫ
fit probatio ita per rationeꝫ ſed ſi vtrūqꝫ deficiat eſt de ſi
milibus ad ſimilia procedendum.xx.di.c.de quibus.c.in
ter ceteras.de reſcrip.l.imperator.ff.de legi.ſed qꝛ nimis
breuis eſt hec deſcriptio ideo vt vt omnia īcludas pōt ſic
magiſtraliter deſcribi.Cōſuetudo eſt vſus rationabilis
competenti tempore preſcrip.vel firmatus nullo actu cō
trario interruptus binario actu ſeu contradictorio iudi
cio vel ꝙ non extet memoria inductus vſqꝫ cōi vtētium
cōprobatus ꝛ dicitur rōnabilis qꝛ ſic preſcribi pōt.c.ij.
c.cum olim.c.cū dilectus.ꝛ.c.cū cōſuetudinis.J.e.c.bone.
§.ceterū.de poſt.pla.c.ſcriptū.c.cumana.c.cū in geneſi.
de elec.c.cū contingat.de foro compe.c.fi.de officio arch.
c.accedentibus.de exceſ.prelato.oīa iſta iura dicunt con
ſuetudinem fore attendendam in electionibus iuriſditio
nibus ꝛ ſilibus iſta ſunt vba Hoſt.in ſūma hui[us] ti.in pn

Jta diffinictio

Ita diffinientis conſuetudinem. et ita etiam ipſe voluit in
c.pe.§.e. Sed Jac. de raue. aliter diffiniebat et hoc modo
conſuetudo eſt ius moribus vel vſibus totius populi vel
maioris partis initiatis vel continuatis legis vicem ob-
tinens. Pet. vero de bellaper. fatetur diffinitionem Jac.
de raue. fore veram. dicit tamen quod predicta verba ius nõ
ſcriptum poſſunt in dicta diffinitione apponi ad differen
tiam legis forte non tantum vt denotaret eſſentiam con-
ſuetudinis quam vt denotaret frequentiam vel differentiam
inter tacitum et expreſſum et per Jaco. de raue. facit. l. im
mo. ff. de legibus. vbi dicitur quod non eſt neceſſe legem ſcri-
bi ſed ſcribi poſſe ſed tenentes contrarium dicunt quod ſen-
ſus littere eſt quod non fuit neceſſe introduci quod ſcribatur. li-
cet ſcribi poſſit. Itẽ diffinitur etiam conſuetudo eſt vſus to
tius populi vel maioris partis recte iniciatus et cõtinua
tus ex non ſcripto deſcendens vi3 legis habẽs que verba
omnia cum miniſterio ponuntur. nam quod conſuetudo ſit
vſus probatur in. d. §. ex non ſcripto. cũ dicitur totius vel
maioris partis denotat quod oportet de iure maiorem par
tem populi conſentire in illo actu ad conſuetudinem indu
cendam que omnibus preiudicet. l. aliud. §. refertur. ff. de
regu. iur. et cum dicitur recte initiatus ponitur cũ miniſte
rio quia ſi ille vſus eſſet erroneus non induceret conſuetudi
nem. et ideo ponitur continuatus quia non ſufficit populum
vſum eſſe ſi ille vſus ſit continuatus et lõgus. ideo dicitur
in rub. C. que ſit lon. conſue. et in. d. l. de quibus. dicitur diu-
turni mores. et in. c. fi. §. eo. dicitur vſus longeuus hinc eſt
quod ſi maior pars populi incepiſſet vti aliqua cõſuetudine
et ille vſus non fuiſſet longus non haberet alicui obeſſe.
dicit etiam ex non ſcripto proueniens ad differentiam le
gis non quia de neceſſitate ſcriptura ſit contraria conſuetu-
dini. Ita reſidet Cy. in. l. ij. C. que ſit lon. conſue. Ang. in
ſua eleganti repetitione. §. ex non ſcripto. inſti. de iure na.
Bar. in. d. l. de quibus. Sed Joã. an. in. c. fi. §. e. dicit poſſe
conſuetudinem diffiniri breuius hoc modo. v3. conſuetu-
do eſt quoddam ius moribus illius introductum qui au
ctoritate publica legem condere poteſt. et cum hac diffini
tione tranſiuit. d. Galuanus qui repetit in ſtudio padua
no. c. fi. §. e. do. Abb. hic dicit quod iſta diffinitio Jo. an. poſ-
ſet aliquantulum calumniari per tex. in. d. c. fi. §. e. vbi dici
10 tur † quod conſuetudo poteſt introduci cõtra canones per in
feriores a papa et tñ iferiores a papa nõ põt condere leges
aut ſtatutũ contra canones. c. inſtõnis. xxv. q. ij. c. quod ſupbis. de
maio. et obe. no. Jo. an. in. c. fi. de offi. archi. et in. c. non ſo-
lum. de appella. li. vi. Tu reſponde ad hoc quod Jo. an. non
dicit quod cõſuetudo introducitur ab eo qui poteſt diſpone-
re contra legem ſed dicit quod conſuetudo introducitur ab
eo qui poteſt publicam legem condere. Item et poſito quod
Jo. an. diceret quod conſuetudo poteſt induci ab eo qui põt
contra legem condere diceret veru3 quo ad laycos. vt in
l. omnes populi. ff. de iuſti. et iure. Sed quo ad perſonas ec
cleſiaſticas etiam diceret verum ſi conſuetudo eſſet preſcri-
pta iſte eſt caſus in. c. fi. §. eo. Et cum opponitur quod inferio
res a papa non poſſunt condere ſtatuta contra canones
fateor de plano vt in contrarium allegatis. Sed cum di-
citur ergo non poſſunt introducere conſuetudinẽ cõtra ca-
nones tunc reſpondeo quod iſtud eſt falſum intelligendo de
conſuetudine preſcripta vt eſt caſus in. d. c. fi. quia tunc con
currit tollerantia pape. vt no. in. d. c. fin. ergo et cetera. Poſſet
tamen adduci per dicto Joan. an. ſingulare dictum bar-
to. in. l. i. ff. de legibus. vbi dicitur lex eſt cõmune preceptũ
